stanza[1] del favore popolare[2]. 6. Se tu avrai diviso le tue contentezze cogli amici, anch'essi divideranno le contentezze loro con te. 7. Non adulare alcuno, affinchè tu non mentisca. 8. Chi mai macchinerebbe la rovina della patria? 9. Se aveste sperimentato l'incostanza del favor popolare, non avreste mai adulato la moltitudine. 10. È brutto il mentire; l'aver mentito e negarlo[3] è una menzogna doppia. 11. Avendo sperimentato la tua amicizia noi non ti adulavamo, ma dicevamo la verità. 12. Coloro che intraprendono grandi cose debbono incominciare tutti da Dio. 13. Nessuno si procaccierà mai gloria col mentire.

[1] *incostantia;* [2] *aura popolaris;* [3] *negare.*

Capitolo 17. Osservazioni sulle quattro Coniugazioni.

(Piccola Grammatica, § 105—107).

§ 72.

Verbi in *io* ed *ior* secondo la terza Coniugazione.

1. Stulti saepe mala cupiunt, fugiunt bona. 2. Puerorum iste mos est, cupere negata. 3. Libenter facerem, quod cupitis, si inde verum gaudium caperetis. 4. Si ex hac parte allicereris a voluptatibus, ex altera parte labores omnes virtutis conspiceres, quid faceres? 5. Omnes divitias libenter abiicerem, ut saperem. 6. Abripemur gaudio, si tantam pulchritudinem virtutis oculis adspiceremus. 7. Fuge societatem malorum; sapere aude. 8. Veritas odium parit. 9. Concutimur saepe magnitudine periculi repentini. 10. Illecebris voluptatis non allici debemus. 11. Adspice te ipsum. 12. Nunquam primum lapidem iacito in alterum. 13. Eripe te ex ista stultitia. 14. Terram fodere molestus labor est; sed multo molestius est fugere, quod malum, facere, quod bonum est. 15. Quidquid natum est, moritur; moriuntur reges et mendici. 16. Libenter moreremur pro patria; dulce et decorum est pro patria mori. 17. Nihil pateris neque patieris, quod non alii jam passi sint. 18. Millies mortem pateremur potius, quam servitutem. 19. Dum in recta via ingrederis, nunquam regredere. 20. Si recte aggrederemur, nihil nos a consilio deiiceret. 21. Si mo-

riendum est, honeste morere; omnes curae inanes abiici debent. 22. Melius est, iniuriam pati, quam facere. 23. Perfici debet, quod aggredi conaris.

1. Molti rapiscono ad uno, ciò che essi largiscano ad un altro. 2. Togliti dalla compagnia de' malvagi. 3. Noi non saremmo tanto allettati da' piaceri, se fossimo più saggi. 4. Gitta via le inquietudini; prendi i doni dell'ora presente. 5. Che cosa tu non faresti, affinchè potessi mirare i più bei capilavori degli uomini? 6. Sii saggio, fuggi i peccati; e tu vedrai un giorno ciò che è molto più bello. 7. Chi mai bramerebbe di soffrir dolori senza ragione? 8. Ma chi non soffrirebbe volentieri per la salute dei suoi? 9. Chi non morrebbe volentieri per la patria? 10. Voi scavereste volentieri il campo, se altri non pigliassero i frutti. 11. La verità non partorirebbe odio ma amicizia, se noi tutti vedessimo la bellezza della verità. 12. Qual pericolo ci scuoterebbe, se fossimo sempre pronti a morire? 13. Metti mano a ciò che devi fare. 14. È cosa molto brutta l'essere trasportato dall'ira. 15. Noi non torneremmo mai indietro, se andassimo sulla via retta. 16. È vergognoso il tornare indietro nelle cose buone. 17. Guardate le stelle del cielo, e sarete scossi dall'altezza del Creatore. 18. Si deve sopportare ciò che Dio manda. 19. Noi getteremmo via tutte le inquietudini di questa vita, se morissimo oggi; e forse moriremo oggi.

§ 73.

Forme abbreviate della Coniugazione.

1. Semper fac, quod bonum est, non ut laudere ab hominibus, sed ut Dei benevolentiam mereare. 2. Nunquam labēre, si vocem conscientiae tuae audieris. 3. Canes educ in silvam; pueros duc in scholam. 4. Semper dic verum. 5. Si audisses conscientiam tuam, non errasses. 6. Romani omnes gentes bello superarunt; nonnullae tamen fuere, a quibus etiam ipsi saepe victi sunt. 7. Cicero coniuratos morte punierat; idcirco iidem cives, quos hoc facto ex maximo periculo liberarat, eum postea in exsilium misere. 8. Amabere ab omnibus, si ipse omnes antea amaris. 9. Monebare a nobis, ne ab aliis aliquando punirere. 10. Audisti prae-

cepta parentum, ut ea sequare, non ut obliviscare. 11. Quem unquam magis amastis, quam parentes vestros? 12. Peccasse et voluptatibus servisse, turpissimum est. 13. Graeci plurimas artes invenere, inprimisque Athenae artibus et litteris floruere. 14. Pericles et Cimon urbem maxime ornarunt et munierunt. 15. Vos, carissimi parentes, me semper custodistis et a maximis periculis servastis. 16. Nosti, quantopere te semper amarim. 17. Non consuessetis tam neglegentes esse, si parentes vos satis punissent.

1. Dimmi il tuo nome. 2. Il maestro mi avrebbe biasimato, se avessi lungamente dormito. 3. Tu non saresti biasimato da alcuno se meritassi lode. 4. Tu hai biasimato altri affinchè fossi lodato tu stesso; ma da noi sarai punito. 5. Conducimi fuori all'aria libera. 6. Fa che tu difenda sempre la tua sanità. 7. Tu sarai da noi ammonito, affinchè tu non cada. 8. I poeti hanno scritto l'elogio degli uomini grandi. 9. Chi avrebbe udito i fatti d'Achille e non lodato la prodezza di lui? 10. Quando tu avrai dormito abbastanza, ti desterai. 11. Noi non saremmo assuefatti a dormire sì lungamente, se non avessimo servito più alla poltroneria che alla sanità. 12. Voi tutti conoscete la vita di Annibale e mi avete spesso raccontato la storia di lui. 13. Lo aver udito e veduto molto, ha un grande vantaggio. 14. Niuno è sì prudente, ch'egli non abbia mai errato; gli uomini più saggi hanno errato spesso. 15. I nemici avevano fortificato gli accampamenti e combattuto con grande prodezza.

§ 74.

Coniugazione Perifrastica.

1. Te moniturus eram; sed nusquam te inveni. 2. Catilina etiam servos ad bellum contra rem publicam incitaturus fuit. 3. Idem diu celavit, quid facturus esset. 4. Tertio et quarto saeculo post Christum natum multi populi alias sedes petituri érant. 5. Nunquam adulatores audituri essetis, si eos satis nossetis. 6. Nequissimi proditores patriam suam hostibus traditori erant in servitutem, ut ipsi cum iis regnarent. 7. Multum mihi scribendum erat; idcirco ad te non veni. 8. Fac, ne puniendus sis. 9. Multa tibi curanda

erunt, ut officio tuo satisfacias. 10. Nulla unquam res magis admiranda fuit, quam totus hic mundus. 11. Dolendum esset, si suam quisque utilitatem magis amaret, quam communem salutem. 12. Carmina Homeri Graecorum pueris legenda et discenda erant. 13. Discipulis Pythagorae per quinque annos tacendum erat. 14. Nemini unquam virtus deserenda fuisset, si fuisset bene beateque victurus. 15. Memoria quotidie exercenda est.

1. Noi stavamo per venire da te, ma tu non eri in casa. 2. Il tempo insegnerà che cosa tu sii per fare. 3. Che cosa fosti per dirmi? 4. Tu devi confessare ciò che sii stato per dirmi. 5. Io sarei per confessarlo volentieri, se io stesso lo sapessi. 6. Chi tra voi non sarebbe stato per soffrire volentieri la morte per la patria? 7. Di' sempre la verità, affinchè tu non sii da biasimare. 8. Voi dovevate vivere senza colpa, affinchè viveste felicemente. 9. Questi fanciulli hanno dovuto imparare molto. 10. Essi hanno imparato tuttociò che essi dovevano imparare. 11. La tua coscienza ti dice che cosa devi fare. 12. Tu non avresti dovuto mai esser punito, se fossi stato per ubbidire ai precetti de' tuoi genitori. 13. Tu stesso troverai sempre ciò che debba esser fatto e ciò che evitato. 14. Se tu non sapessi che cosa debba essere evitato, le tue opere dovrebbero esser meno biasimate. 15. Chi è sì libero da errori, che non abbia mai dovuto essere ammonito?

§ 75.

Esempi misti di tutte le Coniugazioni.

1. Laudamus diligentes pueros, admonemus inertes; illos praemio afficimus, hos punimus. 2. Nobilissimi Romani ipsi agrum arabant et laboribus corpora exercebant; liberi vivebant nullique serviebant, nisi patriae. 3. Si Deus vocabit et ultimum iudicium impendebit, quis nos defendet, quis leniet iram iudicis severi? 4. Quis nunquam peccavit, quis Deo semper paruit? quis semper recte fecit et soli saluti aeternae servivit? 5. Cicero patriam servaverat et hostes civitatis a re publica deterruerat; se ipsum coniuratis obiecerat et curis diurnis atque nocturnis urbem custodiverat: et tamen ab ingratis civibus in exsilium missus est. 6. Ratio

ipsa flagitat, ut virtutem amemus eique semper faveamus, ut hanc petamus et huic soli serviamus. 7. Praeceptor vester fui, non ut vos delectarem, sed ut vos docerem, ut regerem, ut erudirem. 8. Stultitiam vitato, sapientiae studeto; fugito culpam, custodito innocentiam. 9. Laudare iucundius est, quam punire, iubere facilius est, quam facere. 10. Errantem mone, monentem audi; neglegentem carpe, dormientem excita. 11. Plorando et ridendo, edendo et dormiendo numquid magni efficietur? 12. Dives et stultus homo laudatur ab adulatoribus, monetur a nullo, contemnitur ab omnibus, punitur a Deo. 13. Vituperabar a patre, docebar a praeceptore, pungebar a conscientia, custodiebar ab angelo Dei. 14. Vir bonus consolabitur miseros, tuebitur innocentes, obliviscetur iniurias, blandietur nemini. 15. Omnia parata erant, milites bene exerciti et pugnandi cupiditate incensi; itaque bellum paucis mensibus et magna cum gloria finitum est. 16. Discipuli estis, non ut delectemini, sed ut doceamini; non ut mittamini ad ludum, sed ut erudiamini ad virtutem. 17. Quid iucundius est, quam laudari a laudato viro, exerceri ab exercito, diligi a dilecto, erudiri ab erudito?

1. I poeti dilettano e giovano. 2. All'uomo dabbene non mancheranno mai amici. 3. L'uomo pensa, Iddio regge. 4. I maestri insegnano, gli scolari ascoltano. 5. I fiori e i frutti ornavano la campagna; gli alberi fiorivano, gli uccelli cantavano, tutte le bestie sentivano un piacere nuovo. 6. Chi fra voi non abbiamo spesso biasimato? chi non abbiamo ammonito? 7. Noi abbiam premiato la maggior parte degli scolari e punito soltanto pochi. 8. Negli antichissimi tempi i consoli stessi avevano arato i loro campi ed esercitato il corpo colla fatica; aveano vissuto semplicemente, e servito solo alla patria. 9. Ma in appresso i costumi furono cangiati [1], la diligenza e la parsimonia furon derise [2], la sola ricchezza cercata [3], gli animi e i corpi effeminati [4]. 10. Chi loderà i trascurati, chi sarà favorevole ai poltroni? Chi onorerà [5] i malvagi e servirà ai loro disegni? 11. Presso gli Spartani la legge richiede che tu rifiuti [6] i piaceri, che eserciti il corpo, che difenda [7] la patria e serva a lei sola. 12. Gli uomini dabbene non ti loderebbero mai, se tu deridessi i poveri; tutti ti disprezzerebbero,

se tu servissi ai superbi. 13. Ama i buoni, atterrisci i malvagi, difendi gli innocenti, punisci gli empi. 14. Tutti debbono lavorare; i maestri debbono insegnare, gli scolari imparare, e ubbidire [8] ai maestri. 15. L'uffizio dei medici è guarire [9] le malattie, dei maestri l'ammaestrare i fanciulli, dei pastori il pascolare le greggi, dei magistrati il custodire lo Stato. 16. Dona a chi prega, obbedisci [10] a chi insegna, solleva [11] chi cade [12], alimenta chi ha fame. 17. Col vegliare e coll'aver fame il corpo viene domato [13], col perdonargli [14] e fare a suo modo [15] viene snervato. 18. Da chi non sei tu biasimato e ammonito, da chi non sei disprezzato e punito? 19. Le città furono invase [16] dai nemici, i cittadini furono spaventati e senza ragione accusati [17] e legati [18]. 20. Noi imiteremo sempre i buoni, rispetteremo [19] le leggi, ci adireremo colla malvagità, consentiremo [20] alla verità. 21. I tuoi genitori ti hanno spesso eccitato e promesse ricompense; non si son mai lamentati di te e ti hanno largamente regalato ciò che tu desideravi; e pure sarai tu così ingrato? 22. Noi stessi desideriamo che siamo biasimati e ammoniti, e corretti [21] e puniti, qualunque volta manchiamo. 23. Cesare comandò che le cose necessarie fossero apparecchiate, che i soldati si esercitassero, che i luoghi opportuni fossero presi e fortificati. 24. È meno spiacevole essere biasimato e ammonito, che disprezzato [22] e tenuto in guardia.

[1] *mutare;* [2] *ridēre;* [3] *petĕre;* [4] *emollire;* [5] *colĕre;* [6] *repudiare;* [7] *defendĕre;* [8] *oboedire;* [9] *sanare;* [10] *parēre;* [11] *cadĕre;* [12] *erigĕre;* [13] *subiicio, ĕre;* [14] *parcĕre;* [15] *indulgēre;* [16] *occupare;* [17] *arguĕre* [18] *vincire;* [19] *verēri;* [20] *assentiri;* [21] *corrigĕre;* [22] *despicio, ĕre.*

Capitolo 18. Perfetti e Supini irregolari della prima Coniugazione.

(Piccola Grammatica, § 108—111).

§ 76.

Perfetti in *ui*, Supini in *ĭtum* (*tum*).

1. Caesar ignavos milites increpuit, fortes laudavit. 2. Pastores otiosi sub alta quercu cubuerunt, quum subito vehementer tonuit. 3. Alexander nodum Gordii gladio dissecuit totamque Asiam bello domuit. 4. Atrae nubes coelum oc-

cuparunt; fulmina micuerunt, tonitrua sonuerunt. 5. Praeceptor vetare debuit, quod vetuit. 6. Alea legibus vetita est. 7. Membrum a corpore desectum moritur. 8. Paene enecuisti me tua garrulitate. 9. Solon nullum supplicium in eum constituit, qui parentem necavisset. 10. Nimia audacia iam multos maximis periculis implicuit. 11. Undique periculis implicitus Hannibal cum summa fortitudine dimicavit.

1. I maestri hanno sgridato noi, ma lodato voi. 2. Voi vi siete giaciuti oziosamente nel letto, mentre[1] noi eravamo applicati a molesti affari. 3. Tutte le nazioni furono domate dai Romani colla guerra. 4. Licurgo avea vietato con una legge l'uso dell'oro e dell'argento. 5. I frutti vietati spesso allettano maggiormente. 6. Il medico ha tagliato dal corpo il membro infermo. 7. Le parti tagliate non mai saranno di nuovo[2] un tutto[3]. 8. Per tutta la notte nissuna voce ha sonato; le stelle hanno scintillato e col loro splendore lodato Dio.

[1] *dum;* [2] *iterum;* [3] *totum, i,* n.

§ 77.

Perfetti con allungamento della vocale radicale e con reduplicazione; Supini in *tum*.

1. Deus bonos semper iuvit et iuvabit. 2. Cicero multos eloquentiā suā adiuverat, sed in summo periculo ipse adiutus est a nullo. 3. Quid amici Ciceronem iuvissent, quum ipsa innocentia eum non iuvaret? 4. Veteres ante cenam laverunt et lauti cenaverunt. 5. Aquam tibi dedimus, ut manus lavares. 6. Tarquinius Priscus urbem amplificavit et novis moenibus circumdedit. 7. Res publica romana luxuriā et avaritia principum pessumdata est. 8. Epaminondas dimicans semper in primis stetit et omnibus fortitudine praestitit. 9. Troiani Sinonem circumsteterunt et institerunt, ut omnia Graecorum consilia nuntiaret. 10. Apud Athenienses eloquentia diu antestetit innocentiae. 11. Adiuvisse miseros iucundissima recordatio est. 12. Videbimus, quid praestaturus sis, si nemo te iuverit. 13. Cenati et poti non libenter laborant. 14. Etiam non iuratus vir bonus verum dicet.

1. La mia ricchezza non mi ha giovato. 2. I più dei Cartaginesi avrebbero volentieri aiutato Annibale; ma Annone coi suoi si oppose [1]. 3. A Cesare ha giovato il più delle volte la prodezza, ma spesso è stato aiutato anche dalla fortuna. 4. Voi in questa estate vi siete lavati spesso; anche noi ci saremmo lavati, se ciò avesse giovato alla nostra sanità. 5. Chi ha dato mai la spada in mano all'uomo adirato? 6. Atene fu da Temistocle circondata di solide mura. 7. Catilina avea mandato in rovina con tutti i vizi la gioventù romana. 8. La cittadinanza [2] ateniese era composta [4] di tre partiti [3], i quali dappertutto furon d'impedimento [1] al bene della repubblica. 9. Stettero nelle prime file [5] quei soldati, che eran superiori agli altri per prodezza. 10. I fanciulli degli Spartani eransi lavati spesso nell'Eurota [6]. 11. Noi dubitiamo, se [7] durerai [8] lungamente in questa risoluzione.

[1] *obstare;* [2] *civitas;* [3] *pars;* [4] *constare;* [5] *ordo;* [6] *Eurotas, ae;* [7] *num;* [8] *perstare.*

Capitolo 19. Perfetti e Supini irregolari della seconda Coniugazione.

(Piccola Grammatica, § 111—118).

§ 78.

Perfetti in *evi* e *si* (*xi*), Supini in *tum* e *sum*.

1. Scipio Africanus minor Karthaginem delevit. 2. Etiam Numantia, urbs Hispaniae, ab eodem Scipione deleta est. 3. Priamus multo saepius flevit, quam Troilus. 4. Deus mundum omnibus bonis complevit. 5. Quum clades cannensis nuntiata esset, tota urbs luctu et plangore completa est. 6. Imperatores romani saluberrimas leges aboleverunt. 7. Abolitae leges rei publicae ab optimis viris defletae sunt. 8. Clodius et Antonius arserunt odio Ciceronis. 9. Sagitta in medio pectore haesit. 10. Galli fecerunt, quod Caesar iusserat; sed non diu in fide manserunt. 11. Milites, quod iussi sunt, faciunt. 12. Fortuna non semper arrisit virtuti. 13. Socrates, ludens cum filiolis suis, risus est ab Alcibiade. 14. Cato identidem excidium Karthaginis suasit. 15. Nunquam a praeceptore dissuasum est, quod pater iusserat.

16. Ventus omnes nubes a coelo deterserat; clarus sol luxit et fulsit. 17. Multi parentes liberis suis nimis indulserunt et ita eorum vitia auxerunt. 18. Divitiae, sceleribus paratae et auctae, dominum plerumque magis torserunt, quam ipsa paupertas. 19. Caesar Gallos vehementissime ursit; multi capti et contortis manibus in castra Romanorum ducti sunt. 20. Domus Neronis auro fulsit.

1. Corinto fu distrutta da Mummio. 2. I migliori cittadini piansero[1] la morte di Catone. 3. La vittoria di Annibale a Canne aveva empito i Romani di spavento. 4. Tutta la terra è stata riempita da Dio di benefizi. 5. I buoni costumi degli antenati sono stati aboliti da lungo tempo[2]; ora voi avete cancellato anche la fede. 6. Il sole ha arso ferventemente tutto il giorno. 7. Le mie parole non ti' sono state lungo tempo fisse nella memoria. 8. Noi siamo rimasti a casa, perchè il padre lo aveva comandato. 9. Gli Ateniesi derisero Socrate. 10. Spesso i savii sono stati derisi dai pazzi. 11. Cicerone consigliò sempre alla repubblica la pace. 12. Noi vedremo tosto, chi dissuaderà la pace. 13. La vittoria a Zama deterse l'onta della sconfitta a Canne. 14. Cicerone strappò[3] dalle mani a Catilina il disegno. 15. Molti insigni Romani furono indulgenti verso *(dat.)* la congiura. 16. Già i re aumentarono molto la potenza della repubblica romana. 17. Le armi d'Achille splenderono e rilussero come i baleni. 18. I nostri soldati hanno sforzato il nemico e sono rimasti vincitori.

[1] *deflēre;* [2] *pridem;* [3] *extorquēre.*

§ 79.

Perfetti con allungamento della vocale radicale e con reduplicazione, Supini in *sum* e *tum*.

1. Cavemus et semper cavimus societates malorum. 2. Boni bonis viris semper faverunt. 3. Diu hoc malum fovisti; si cavisses, fortasse illud removisses. 4. Nunquam motus sum laudibus adulatorum. 5. Tres Decii, pater et filius et nepos, pro patria se morti voverunt. 6. Vires nostrae devotae sunt saluti communi. 7. Galli bellum civerunt, sed citum non diu sustinuerunt. 8. Hostes urbem circumsederant; arx ipsa obsessa tenebatur: vos autem otiosi sedistis apud vinum et ludum. 9. Quae gens nunc eodem loco sedet,

ubi ante viginti saecula sedit? 10. Saepe vidimus et quotidie videmus, quam raro divitiae iniuriâ possessae homini prosint. 11. Si visus es a nullo, tamen Deus te vidit. 12. Nunquam laudem virtutis cuiquam invidimus. 13. Quid ita pavistis? Num mala conscientia vos momordit? 14. Ex unius Ciceronis vita salus rei publicae pependit. 15. Supra caput Damoclis acutus gladius dependit, quum in solio Dionysii cenaret. 16. Aegyptus quinquaginta filios quinquaginta filiabus Danai, fratris sui, spopondit; sed sponsae una nocte sponsos suos interfecerunt, praeter Hypermnestram. 17. Modeste interroganti libenter respondemus et semper respondimus. 18. Dionysio tyranno filiae barbam et capillum totonderunt. 19. Nemo iucundius prandit, quam is, qui non prandet, nisi esuriens.

1. Voi vi siete sempre guardati dalle liti. 2. Perciò noi vi favoreggiamo, e vi abbiamo sempre favoreggiati. 3. I soldati hanno fomentato e curato le loro ferite, onde i dolori sono stati tosto rimossi. 4. Non commoviamo giammai il maestro sì che egli ci sia indulgente; ma colle nostre preghiere abbiamo spesso commossa la madre. 5. I soldati aveano votato una parte della preda alle vedove [1] dei morti e sciolsero il voto. 6. La più parte di ciò che noi possediamo, lo han posseduto altri prima di noi. 7. Numanzia fu assediata e distrutta dai Romani. 8. L'uomo savio non t'invidia la tua gloria, nè *(neque)* l'ha giammai invidiata ad alcuno. 9. Noi abbiam veduto spesso il sole nascente [2]. 10. La vipera [3] che dal contadino era stata riscaldata [4] in seno [5], lo ha morso. 11. Per tutto il giorno nere nuvole hanno penduto nel cielo. 12. Un nero temporale ha lungamente sovrastato [6] e tuttora ci sovrasta. 13. Tu non hai fatto ciò che avevi promesso; la tua diligenza non corrisponde [7] e non corrispose mai alla nostra speranza. 14. La barba dell'accusato non era stata tosata da lungo tempo. 15. Chi fra voi ha fatto colazione, prima che abbia pregato? 16. I nemici aveano cinta d'assedio la città, le donne tremarono, gli uomini si votarono alla morte per la patria e suscitarono una strage [8] violenta.

[1] *vidua;* [2] *oriri;* [3] *vipera;* [4] *fovēre;* [5] *sinus, us;* [6] *impendere;* [7] *respondere;* [8] *caedes, is.*

§ 80.

Perfetti di forma passiva e Supini irregolari.

1. Quod ausus es facere, id etiam aude dicere. 2. Fabius diu non ausus est pugnare cum Hannibale. 3. Nos solemus et semper soliti sumus perficere, quod semel aggredi ausi sumus. 4. Socrates solitus erat nihil affirmare. 5. Nunquam magis gavisus sum, quam quum primum in schola doctus sum. 6. Non semper gaudemus neque semper gavisi sumus; etiam in nostra vita iucunda et tristia mixta sunt. 7. Pythagorei abstinuerunt fabā. 8. Regulus nullis precibus retentus est a Romanis. 9. Corpora Gallorum sole tosta, crines in vertice contorti erant. 10. Sicilia tota quinto quoque anno censa est.

1. Cesare ardì di passare[1] due volte il Reno. 2. Tutti i cittadini si sono rallegrati, perchè[2] il re si è astenuto dalla guerra. 3. Gli Spartani furon soliti di muovere[3] alla pugna cantando. 4. Noi siamo stati ammaestrati dall'esperienza, quanti pochi uomini si sieno rallegrati sino al termine della vita. 5. I nostri hanno sovente ardito di muovere presso le mura della città; ma i nemici sono stati ritenuti dalla paura. 6. Le allegrezze di questa vita furono mescolate con molti dolori. 7. I soldati abbrustolirono la carne, e abbrustolita la mangiarono[4] senza sale e pane. 8. I cittadini romani furono rassegnati dai censori[5]. 9. Spesso i vecchi fanno volentieri le medesime cose, che erano stati soliti di fare i fanciulli.

[1] *transgredior*, 3.; [2] *quod;* [3] *proficiscor*, 3.; [4] *edĕre;* [5] *censor.*

Capitolo 20. Perfetti e Supini della terza Coniugazione.

(Piccola Grammatica, § 118—122).

§ 81.

Perfetti in *ui*, Supini in *tum* ed *ĭtum*.

1. Hannibalem pater in castris aluit et educavit. 2. In Graecia omnes artes natae et altae sunt. 3. Nobilissimi Romani ipsi agrum coluerunt et artibus minus exculti erant.

4. Oraculum Apollinis saepe consultum est a Spartanis; Athenienses illud rarius consuluerunt. 5. Natura alias res occuluit, alias in luce posuit. 6. Homines multa, quae diu occulta erant, arte elicuerunt. 7. Paris Helenam rapuit, Menelaus raptam reduxit. 8. Libenter nunc multi occasionem discendi arriperent, nisi iam pridem iis erepta esset. 9. Socrates ante mortem multa disseruit de immortalitate animorum. 10. Hannibal, quamquam a civibus suis desertus est, tamen in summo periculo nunquam tremuit. 11. Penelope interdiu pulcherrimam vestem texuit, noctu autem textam retexuit. 12. In tanto terrore tota urbs clamoribus plorantium strepuit; fremuerunt viri, mulieres gemuerunt. 13. Luxuria genuit avaritiam; ex avaritia omnia mala genita sunt. 14. Veteres Romani non sederunt cenantes, sed accubuerunt. 15. Epaminondas pro patria pugnans mortem occubuit. 16. Hannibal nunquam cum Romanis pacem compositurus fuit. 17. Cuivis virtuti magna praemia proposita sunt. 18. Raro ea, quae arte gignuntur, anteponenda sunt naturae. 19. Catilina virus acerbitatis suae contra omnes bonos evomuit.

1. I Greci alimentarono e diligentemente perfezionarono le arti. 2. I campi erano bene coltivati; ma i nemici hanno rapito i frutti e rapitili li hanno nascosti. 3. L'eloquenza latina fu specialmente alimentata e perfezionata da Tullio. 4. Le cose future furono nascoste agli uomini; e invano i Greci chiesero consiglio ai loro oracoli. 5. Annibale si sarebbe sottratto da tutti i pericoli, se i suoi concittadini non lo avessero abbandonato. 6. Gli uomini più savii hanno discorso molto sull'origine delle cose. 7. Quest'abito è stato tessuto da mia sorella. 8. I Greci cavarono i Troiani dalla città; subito le armi strepitarono; gli uomini fremerono, le donne tremarono e gemettero. 9. L'Etna e il Vesuvio hanno spesso vomitato fuoco. 10. Quanti uomini valorosi soccombettero [1] alla morte per la patria! 11. Voi attendeste [2] con molta diligenza alla lingua latina. 12. La tua ricchezza è stata prodotta per la tua diligenza e per la tua parsimonia. 13. La virtù non produrrà mai dispiaceri, nè li ha mai prodotti. 14. Epicuro pose [3] il supremo bene nei piaceri. 15. La virtù dagli uomini più saggi fu sempre di gran lunga anteposta a tutti i piaceri.

16. La questione che il maestro aveva proposta, è stata da tutti gli scolari bene spiegata [4]. 17. I Romani vinti non hanno mai concluso la pace.

[1] *occumbo;* [2] *incumbo;* [3] *pono;* [4] *expono.*

§ 82.

Perfetti in *ui*, Supini in *utum*.

1. Milites arma induerunt et gladios acuerunt. 2. Pulchris vestibus induti eratis; cur eas exuistis? 3. Cicero Verrem maximorum scelerum coarguit neque a quoquam haec crimina diluta sunt. 4. Anni non minuerunt eam pietatem, qua pueri imbuti sumus. 5. Saepe filii et nepotes scelera parentum luerunt. 6. Bello Peloponnesiaco Atheniensium opes valde comminutae sunt. 7. Nihil unquam abnuistis huic puero. 8. Optimates ipsi multum contribuerunt, ut leges solverentur. 9. Lege statutum est, ut templa, Poenorum tumultu polluta, restituerentur. 10. Themistocles triplicem Piraeei portum et muros urbis, a Xerxe dirutos, restituit. 11. Areopagus a Solone institutus est. 12. Iam antiquissimis temporibus eloquentiae magna laus tributa est. 13. Lycurgi leges post bellum Peloponnesiacum sensim dissolutae sunt. 14. Athenienses Miltiadem capitis absolverunt, sed pecuniā multarunt. 15. Sisyphus saxum in montem volvit, sed nunquam in vertice posuit. 16. Alexander convolutos Homeri libros semper secum habuit. 17. Romani pacis condiciones respuerunt, dum Pyrrhus in Italia esset. 18. Nullum periculum metuentes nostri in hostem irruerunt. 19. Ova crocodili arenā obrutā iacent. 20. Post mortem Epaminondae opes Thebanorum celeriter corruerunt.

1. Coll'esercizio diligente voi avete aguzzato la vostra memoria. 2. Le spade furono aguzzate e distribuite [1] fra *(inter, o col dativo)* i soldati. 3. Gli Ateniesi accusarono Socrate che *(quod)* da lui fosse stata diminuita la riverenza agli dei. 4. Socrate distrusse [2] tutta l'accusa de' suoi avversari [3] e nondimeno non fu assoluto dai giudici. 5. Se voi avete indossato la modestia, siete rivestiti della veste più bella. 6. Tutto ciò, che i tuoi genitori ti hanno ricusato, ti è stato ricusato anche dai tuoi maestri. 7. Il

vostro spirito è stato imbevuto dai precetti della religione. 8. Voi avete sempre sdegnato la compagnia de' malvagi; quindi vi è stata data[4] lode da tutti i buoni. 9. Da Solone non fu stabilito verun castigo del parricidio[5]. 10. I Romani avevano da lungo tempo stabilita la distruzione[6] di Cartagine; quindi dopo la terza guerra punica la città fu abbattuta. 11. I nostri genitori hanno maggiormente contribuito alla prosperità nostra. 12. La guerra del Peloponneso disciolse ogni ordinamento; e tosto i più degli Stati greci caddero in rovina. 13. Il regio potere fu disciolto da Marco Bruto, e furono fatti[7] due consoli. 14. Molte cose erano ricoperte[8] e oscure, che i tempi stessi hanno svelato[9]. 15. Molte città greche furono rovinate dai Romani. 16. I tempi non hanno sotterrato[10] la memoria della battaglia di Leuctra[11], benchè Leuctra medesima sia stata sotterrata da lungo tempo.

[1] *distribuo;* [2] *diluo;* [3] *adversarius;* [4] *tribuo;* [5] *parricidium, i;* [6] *excidium, i;* [7] *creare;* [8] *involvo;* [9] *evolvo;* [10] *obruo;* [11] *Leuctricus.*

§ 83.

Perfetti in *ivi* e *vi*, Supini in *itum* e *tum*.

1. Camillus exsul a Romanis arcessitus est et imperium capessivit. 2. Saguntini Hannibalem per aliquot dies nec lacessiverunt, nec ab eo lacessiti sunt. 3. A Phoenicibus iam antiquissimis temporibus mercatura facessita est. 4. Omnes poëtae gloriam maxime petiverunt; sed non multi eam laudem sibi acquisiverunt, quam cupiverant. 5. A Spartanis gloria bello quaesita est. 6. Romani eam pacem spreverunt, quae a Pyrrho petita erat. 7. Usu triti sunt libri vestri, neque unquam tempus inertiā trivistis. 8. Antiqui sagittas saepe veneno leverunt; etiam Herculis tela veneno illita erant. 9. Veteres Germani vinum ad se importari non siverunt. 10. Cato nunquam desiit, Karthaginis excidium flagitare. 11. Scipio sua manu multas arbores severat. 12. Genus humanum per totam terram satum est. 13. Pietas erga Deum omnibus hominibus insita est. 14. Decrevit Senatus, ut consules viderent, ne quid res publica detrimenti caperet. 15. Ab Alcibiade honores summo studio petiti, a Socrate spreti sunt. 16. Venti humum foliis

straverunt. 17. Opes Lacedaemoniorum ab Epaminonda prostratae sunt.

1. I Romani fecer venire Cammillo, il quale prima ingiustamente era stato da essi provocato, affinchè pigliasse il comando. 2. Noi non abbiamo bramata mai quella lode a cui si è aspirato da voi. 3. Socrate cercò sempre la verità. 4. I Fenici acquistarono pel commercio quella ricchezza cui avevano aspirato. 5. È questo un proverbio molto trito[1]: l'abitudine è quasi una seconda natura. 6. Deianira sfregò la veste d'Ercole col sangue di Nesso. 7. I Tedeschi nella pace consumarono spesso il tempo in ozio[2]. 8. I visi[3] degli attori[4] erano sfregati di belletto[5]. 9. La gloria di Milziade non lasciò dormire Temistocle. 10. I Romani non desisterono di provocare i Cartaginesi. 11. A tutte le fiere è stato innestato l'amore della vita. 12. Il vento ha gittato a terra tutti gli alberi che noi avevamo piantato[6]. 13. Serse aveva disprezzato i Greci; ma ben tosto egli stesso fu disprezzato da loro. 14. Pel consiglio di Temistocle fu stabilito[7] di cercar salvezza sulle navi. 15. Il regno de' Persiani fu abbattuto[8] da Alessandro il grande. 16. La ricchezza di Verre era stata acquistata con delitti e inganno. 17. Cicerone abbattè l'autorità di Verre.

[1] *contero;* [2] *otium;* [3] *os, oris;* [4] *histrio, onis;* [5] *fucus, i;* [6] *sero,* [7] *decerno;* [8] *prosterno.*

§ 84.

Perfetti in *si (xi)*, Supini in *tum*.

1. Hercules aurea mala Hesperidum carpsit. 2. Actaeon a canibus Dianae discerptus est. 3. Angues arrepserunt et Laocoontem implicuerunt eiusque sanguinem suxerunt. 4. Catilinae coniuratio per multas urbes Italiae serpserat. 5. A Phidia pulcherrimae statuae sculptae sunt. 6. Danai filiae nupserunt filiis Aegypti, sed nuptae viros interfecerunt. 7. Titus Livius centum et quadraginta libros annalium scripserat. 8. Multi libri, qui ab antiquis scripti sunt, non manserunt. 9. Sullae amici a Mario, amici Marii a Sulla proscripti sunt. 10. Spartani crines compserunt et comptis crinibus in pugnam ducti sunt. 11. Dionysius tyrannus barbam auream Aesculapii dempsit. 12. Ab eodem aureum pallium Apollinis demptum est. 13. Pecuniam prompsimus

et promptam pauperi dedimus, qui illam grato animo sumpsit. 14. Thrasybulus contemptus est a tyrannis. 15. Bellum indictum et milites ex urbe educti sunt. 16. Sirenes cantu suo praeternavigantes illexerunt. 17. Nunquam sine magna admiratione coelum adspeximus. 18. Babylon altis muris cincta erat. 19. Milites cocta cibaria et frictum cicer secum duxerunt. 20. Caesar rei publicae magnum damnum inflixit. 21. Mulieres afflictae pectora sua planxerunt. 22. Cicero philosophiam cum eloquentia coniunxit. 23. Pythagorei Damon et Phintias intima amicitia iuncti erant. 24. Deus hominem erexit. 25. Vitia nostra a praeceptore correcta sunt. 26. Omnes tui te dilexissent, si perrexisses in diligentia et pietate. 27. Morte Scipionis splendidissimum lumen rei publicae exstinctum est. 28. Pisces squamis tecti sunt. 29. Recte philosophi animam ab animo distinxerunt. 30. Manus Sullae et Marii sanguine civium tinctae erant. 31. Histriones caput unxerunt et ora pinxerunt. 32. Achilles corpus Hectoris circum urbem Troiam traxit. 33. Romani ex Sicilia magnam copiam frumenti advexerunt. 34. Hostes fugientes a nostris militibus comprehensi et retracti sunt. 35. Caesar triumphans in urbem vectus est. 36. Postquam Antonius Cleopatram dilexit, res publica ab eo neglecta est. 37. Lysippus solus statuas Alexandri Magni finxit. 38. Alexander ab Apelle pictus est. 39. Incendio Corinthi multae tabulae pictae combustae sunt. 40. Galli saepe surrexerunt et bellum contra Caesarem gesserunt. 41. Milites gladios strinxerunt et strictos sanguine hostium tinxerunt. 42. Tria bella gesta sunt contra Karthaginienses. 43. Primo bello punico Romani primam classem exstruxerunt. 44. Muri Athenarum a Lysandro destructi sunt. 45. Cicero exsul in Graecia vixit.

1. Questi fanciulli hanno colto ciliegie. 2. La tua lettera era male scritta e fu lacerata dal padre. 3. Questo male ha serpeggiato per tutto lo Stato. 4. I Greci e Romani scolpirono statue degli dèi. 5. Ottavia, sorella di Augusto, sposò Antonio; ma questi la trascurò. 6. La madre ha spesso tratto fuori la lettera che tu avevi scritta. 7. Gli attori hanno capelli pettinati e unti

e visi tinti. 8. I Romani tolsero ai Cartaginesi tutte le navi. 9. I membri malati sono stati tolti ai soldati. 10. Dopo la morte di Alessandro i generali di lui presero il nome di re. 11. Cartagine fu consumata [1] dalle fiamme e abbruciati tutti gli edifizi della città. 12. I soldati sprezzarono tuttociò che il console avea comandato [2]; quindi furono condotti in carcere. 13. Fabio condusse le soldatesche su per (*per*) le sommità [3] dei monti, benchè Annibale lo avesse allettato nella valle. 14. Molti furono adescati [4] dai piaceri, benchè da principio l'avessero dispregiati [5]. 15. Appena Arunte Tarquinio nella battaglia fu veduto [6], Bruto puntò [7] la lancia verso di lui. 16. I cibi bolliti son digeriti [8] più facilmente che i fritti. 17. Tarquinio Prisco circondò di mura la città. 18. Ecbatana, capitale [9] dei Medi, era circondata d'una muraglia a sette doppi. 19. La tua sciagura mi ha inflitto un gran dolore. 20. Il Senato romano fu molto afflitto per la battaglia a Canne. 21. A tutti i beni di questa vita fu congiunto (*adiungo*) qualche cosa di male. 22. I soli Plateesi si collegarono cogli Ateniesi e combatterono [10] contro i Persiani. 23. Chi è, che non abbia pianto [11] la morte d'un amico? 24. Voi avete proseguito per sì lungo tratto; proseguite ora anche sino alla fine. 25. Cicerone in Senato si levò e scagliò (*conveho*) contro Catilina i più grandi rimproveri [12]. 26. Romolo e Remo succiarono il latte d'una lupa [13]. 27. Agli antichi erano state nascoste molte cose che i posteri hanno tratto in luce. 28. Dio ha sempre amato e difeso [14] i buoni. 29. Omero e Sofocle hanno formato le più belle poesie. 30. Da Apelle e Zeusi furono dipinte immagini bellissime. 31. Cleobi e Bitone carreggiarono essi stessi la madre loro al tempio, poichè i giumenti non erano là al tempo opportuno. 32. I soldati furono trasportati [15] in Sicilia su cinque navi. 33. La guerra del Peloponneso è stata fatta in (*per*) ventisette anni. 34. Orazio Coclite combattè con la spada sguainata contro Porsenna, finchè (*dum*) il ponte fu disfatto. 35. Da Cesare fu fabbricato il primo ponte sul (*trans*) Reno; ma egli stesso ben tosto lo disfece. 36. Temistocle e Aristide vissero a un medesimo tempo; ma per lo più furono tra loro separati [16].

[1] *consūmo;* [2] *edīco;* [3] *iugum, i;* [4] *pellicio;* [5] *despicio;* [6] *conspicio;* [7] *dirĭgo;* [8] *concŏquo;* [9] *caput;* [10] *confligo;* [11] *plango;* [12] *convicium;* [13] *lupa;* [14] *protĕgo;* [15] *transvĕho;* [16] *distrăho.*

§ 85.

Perfetti in *si* (*xi*), Supini in *sum*.

1. Illud tempus, quod effluxit, a nullo reducetur. 2. Templum Iani tempore pacis clausum erat. 3. Romani ter tantum templum Iani clauserunt. 4. Exercitus Romanorum apud Caudium a Samnitibus inclusus et sub iugum missus est. 5. Gallia in tres partes divisa erat. 6. Catilina totam Italiam inter coniuratos diviserat. 7. Neminem laesimus, neminem timemus. 8. Hercules Licham ad rupes allisit. 9. Leges a Catilina non solum laesae, sed elusae sunt. 10. Omnium manus collisae plauserunt, quum Roscius in scenam veniret. 11. Quis unquam applausit nequitiae? 12. Aristonis sententia iam pridem explosa est. 13. Demosthenes partem capitis rasit et domi suae se abstrusit. 14. Socrates in carcerem intrusus est ab inimicis. 15. Stulti Horatium roserunt, quod libertini filius erat. 16. Xerxes, Graeciam invasurus, pontem fecit in Hellesponto. 17. Hannibal dolo ex insidiis Romanorum evasit. 18. Multi Atheniensium principes invidiae civium suorum cesserunt. 19. Pyrrhus Romanis captivos remisit. 20. Caesar viginti tribus vulneribus percussus est. 21. Deus veritatem in profundo demersit. 22. Classis Karthaginiensium a Romanis mersa est. 23. Deus innumerabilia bona sparsit per totam terram. 24. Galli a Caesare dispersi atque oppressi sunt. 25. Achilles Hectorem hasta transfixit. 26. Prometheus Caucaso affixus erat. 27. Socrates nunquam deflexit a studio virtutis. 28. Non semper genua flexa pietatem indicant. 29. Omnes virtutes inter se nexae sunt. 30. Epicurus voluptatem cum virtute connexuit. 31. Omne frumentum ex agris demessum est. 32. Caesar urbem obsidione pressit. 33. Omnibus fere Platonis libris Socrates expressus est.

1. Una gran quantità d'uomini è concorsa [1] nella città e vi è stata chiusa. 2. Voi avete diviso con noi la vostra allegrezza. 3. Le allegrezze divise sono allegrezze raddoppiate. 4. Augusto chiuse il tempio di Giano. 5. Noi non abbiam mai violato *(laedo)* il rispetto verso i nostri genitori. 6. Voi avete giuocato assai. 7. Gli

attori cattivi sono stati fischiati, i buoni applauditi. 8. I poveri non furon mai dileggiati da noi, nè mai rimandati senza doni. 9. Le navi de' Persiani furono dalla tempesta urtate negli scogli. 10. Il capo tosato [2] era segno di duolo. 11. I topi hanno roso le corde [3] degli archi. 12. Mario si nascose nelle paludi. 13. I nemici furo spinti nel fiume e molti furono affondati e sommersi nelle onde. 14. Pochi dei nemici sfuggirono. 15. I fuggitivi sono stati assaliti e dispersi dalla nostra cavalleria. 16. Cerbero cedè al canto d'Orfeo. 17. Per la guerra del Peloponneso Atene perdette [4] il primato [5] fra le greche città. 18. La salute dello Stato fu confidata [6] ai consoli. 19. Tutta l'Italia fu scossa per la congiura di Catilina. 20. I capitani greci trafissero colle lancie il corpo del morto Ettore. 21. Duilio affondò molte navi dei Cartaginesi. 22. Achille fu immerso da sua madre nell'acqua dello Stige. 23. Le fanciulle sparsero fiori sulla via e tesserono corone. 24. Gli altari furono sparsi (*conspergo*) di molto sangue. 25. Verre avea confitto alla croce un cittadino romano. 26. Epaminonda nella battaglia di Mantinea fu trafitto da una lancia. 27. Molti per i piaceri sono stati sviati dalla virtù. 28. Abbiamo piegato le ginocchia, affinchè onorassimo Dio. 29. Tutti gli uomini sono congiunti fra loro per vincoli di sangue [7]. 30. Cesare sottomise quasi tutta la Gallia. 31. I poveri sono stati oppressi dalla grandezza delle imposte. 32. I contadini hanno mietuto le biade e legato i covoni. 33. Cicerone in molti scritti espresse [8] le virtù dell'oratore.

[1] *confluo;* [2] *rado;* [3] *nervus, i;* [4] *amitto;* [5] *principatus, us;* [6] *committo;* [7] *consanguinitas, atis;* [8] *exprimo.*

§ 86.

Perfetti per allungamento della vocale radicale, Supini in *tum* e *sum*.

1. Veteres Germani in bello et venatione vitam egerunt. 2. Alexander totam Asiam subegit. 3. Plurimae insulae a Lysandro sub potestatem Spartanorum redactae sunt. 4. Hannibal coactus tantum Italiam reliquit. 5. Caesar multos hostium cepit et captos unum in locum coëgit. 6. Athenae a Solone leges acceperunt. 7. Stulti sunt, qui hodie incipiunt et cras incepta omittunt. 8. Adventus Caesaris

proelium diremit. 9. Atheniensibus a Pisistrato libertas adempta est. 10. Deus animum tamquam moderatorem et regem praefecit corpori. 11. Marius et Sulla optimos cives interfecerunt. 12. Propter amissam libertatem Cicero maximo dolore affectus erat. 13. Hostes victi fugerunt; urbs capta et tota regio subiecta est. 14. Nemo maiorum nostrorum mortem effugit, et neque nostrum quisquam eam effugit, neque posterorum effugiet. 15. Iacta est alea! 16. Regulus classem in Africam traiecit. 17. Multos et bonos libros legistis, sed omnes vobis relegendi sunt. 18. Delegimus eos, quos maxime dileximus. 19. Thrasybulus exsules collegit et tyrannos devicit. 20. Graeci superbiam Persarum fregerunt. 21. Prisca Romanorum virtus segnitie et luxuria fracta est. 22. Catilina ab omnibus bonis relictus est. 23. Avaritia et luxuria mores corruperunt. 24. Foedus a Troianis ruptum est. 25. Theodorus, qui labyrinthum fecit, ipse se ex aere fudit. 26. Bellis civilibus optimorum civium sanguis profusus est. 27. Persae a Miltiade apud Marathonem fusi fugatique sunt. 28. Antiquissimi homines glandes ederunt. 29. Quis sanus sibi ipsi oculos effŏdit? Oedipus oculos sibi effodit. 30. Caesar viginti tribus vulneribus confossus est.

1. Il pastore ha spinto le sue greggi nei campi. 2. I Cartaginesi furono sottomessi dai Romani. 3. Alessandro ridusse sotto il suo potere tutta l'Asia. 4. Ciò che abbiamo fatto è stato fatto liberamente, e niuno ci ha costretto. 5. I contadini costretti si son rifuggiti nella città. 6. I cittadini presi furono radunati nel tempio e quivi uccisi dai soldati. 7. Soltanto pochi sfuggirono, i quali già innanzi aveano abbandonata la città. 8. Voi avete ricevuto ricompense da' vostri genitori. 9. Noi abbiamo compito [1] tutto ciò che avevamo cominciato a fare. 10. Da Lisandro furono preposti agli Ateniesi trenta tiranni. 11. La vittoria di Temistocle tolse a Serse ogni speranza. 12. I Persiani gettaron via le armi e si rifuggirono in Asia. 13. Dario aggiunse [2] molti popoli all'impero persiano. 14. I popoli soggiogati spesso hanno rotti i legami della schiavitù. 15. Noi leggemmo sempre soltanto libri scelti. 16. I Persiani furono abbandonati dalla fortuna; la loro

alterigia fu rotta. 17. Noi non abbiamo lasciato mai i nostri amici. 18. Leonida e i trecento Spartani furono uccisi, ma non vinti. 19. I Romani non vinsero nè sottomisero mai del tutto i Germani. 20. Epaminonda non fu mai subornato [3] dall'oro. 21. I Troiani eruppero dalla città e sbaragliarono l'esercito de' Greci. 22. Questi giovanetti hanno dissipato [4] la loro eredità [5]. 23. L'oro scavato fuor della terra corruppe i costumi degli uomini. 24. Armodio e Aristogitone trafissero il tiranno Ipparco.

[1] *perficio;* [2] *adiicio;* [3] *corrumpo;* [4] *effundo;* [5] *patrimonium.*

§ 87.

Perfetti con Raddoppiamento, Supini in *tum* e *sum*.

1. Simulatque gallus cecinit, agricolae surgunt. 2. Quod terra peperit, terra repescit. 3. Male parta male dilabuntur. 4. Venatores retia tetenderunt. 5. Arcus nimis intentus frangitur. 6. Cicero omnes nervos in studio eloquentiae contendit. 7. Romani pepigerunt, ut omnes naves Karthaginiensium traderentur. 8. Barbari multi faciem acu pupugerunt et coloribus pinxerunt. 9. Apes puerum temerarium aculeis compunxerunt. 10. Cornelius Nepos in libro de vitis excellentium imperatorum res gestas Hannibalis leviter tantum tetigit. 11. De praeda mea teruncium nec attigit nec tacturus est quisquam. 12. Epaminondas apud Mantineam telo transfixus cecidit. 13. Cimon in eandem incidit invidiam, quam pater suus ceterique Atheniensium principes. 14. Graeci arbores ceciderant et caesas multis locis straverant, ut equitatum Persarum defenderent. 15. C. Servilius Ahala Sp. Maelium, novis rebus studentem manu sua occidit. 16. Postquam Epaminondas occisus est, omnis gloria Thebarum occidit. 17. Mars saepe spoliantem iam et exsultantem perculit. 18. Adventu Germanorum tota Italia vehementissime perculsa erat. 19. Naves Phoenicum per omnia maria cucurrerunt. 20. Tota multitudo Troianorum concurrit, ut equum Minervae viderent. 21. Quem vestrum nulla unquam spes fefellit? 22. Stoici multis argumentis doctrinam Epicuri refellerunt. 23. Solus Hector Troiam defendit et Graecos saepe ad naves pepulit. 24. Themisto-

cles Xerxem clandestino consilio compulit, ut Europam relinqueret. 25. Reges a Bruto expulsi sunt. 26. Germania populo Romano nunquam vectigalia pependit. 27. Tantum studium in linguam Latinam impendimus, ut eam nunc penitus didicerimus. 28. Latrones ex arboribus suspensi sunt. 29. Achilles nemini pepercit. 30. Saepe dormienti tibi latera tutudi; sed tu dormire non destitisti. 31. Tota domus corruit et omnes convivas contudit. 32. Omnium aures longitudine huius orationis obtusae erant. 33. Semper ego tibi credidi, neque tu me unquam prodidisti. 34. Roma a Romulo et Remo condita est. 35. Stato die alter amicorum se stitit et alterius libertatem poposcit. 36. Nos quotidie multa addidicimus, vos multa dedidicistis. 37. Omnes cives et socii Pompeium imperatorem ad bellum Mithridaticum depoposcerunt.

1. Omero ha cantato l'ira d'Achille. 2. I cattivi costumi hanno prodotto la sventura dello Stato. 3. Le favole sopra Scilla e Cariddi furono prodotte dai poeti. 4. Apollo ha teso le corde [1], e le muse han cantato. 5. Noi con forze tese abbiamo atteso a questo canto. 6. È stato fra noi pattuito che voi impariate diligentemente. 7. Questi fanciulli hanno toccato l'alveare [2] e sono stati punti dalle api. 8. La mala coscienza vi ha punti e traditi. 9. Alessandro toccò gli estremi confini [3] dell'Asia. 10. Atene cadde per sua colpa. 11. La potenza degli Ateniesi tramontò [4], perchè essi cacciarono in esilio i migliori cittadini. 12. Curio Dentato sconfisse [5] il re Pirro presso Benevento. 13. Cicerone fu ucciso dai soldati d'Antonio. 14. I nemici furono cacciati in fuga. 15. I nostri hanno trucidato molti, e risparmiato nessuno. 16. La novella [6] della sconfitta di Maratona sbigottì Dario. 17. I nemici sbigottiti per gran paura corsero alle navi. 18. Mille Plateesi corsero in aiuto [7] agli Ateniesi. 19. Gli Ateniesi cacciaron via il tiranno Ippia. 20. Massinissa, re della Numidia, fu sforzato [8] dai Romani, perchè invadesse i confini de' Cartaginesi. 21. Tu hai pagato [9] la pena, perchè non hai imparato ciò che il maestro aveva chiesto. 22. Tu non hai impiegato nei tuoi studii alcuna diligenza; quindi hai tutto disimparato. 23. Serse battè *(tundo)* la terra col piede, quando vide cacciati i Persiani. 24. Voi

avete risparmiato gli uomini miserabili e difesili contro l'ingiustizia. 25. Gli spiriti dei Persiani erano stati rintuzzati dalla pigrizia e dalla gozzoviglia. 26. Serse credette a Temistocle e desistè dalla guerra. 27. I Fenicii fondarono molte città in Affrica e in Ispagna. 28. I Greci furon traditi da Efialte presso le Termopili. 29. Giove arrestò [10] le legioni romane; quindi Romolo fabbricò un tempio a Giove Statore. 30. I Galli chiesero istantemente [11] pace da Cesare. 31. I Germani resistettero sempre ai Romani e spesso li cacciarono dai loro confini.

[1] ***fides, ium;*** [2] ***apiarium, i;*** [3] ***finis, is;*** [4] ***occido;*** [5] ***caedo;*** [6] ***nuntius, i;*** [7] ***succurro;*** [8] ***compello;*** [9] ***pendo;*** [10] ***sisto;*** [11] ***exposco.***

§ 88.

Perfetti senza caratteristica determinata.

1. Darius in fuga aquam turbidam bibit; nunquam iucundius biberat; nunquam enim sitiens biberat. 2. Hannibal cum rege Antiocho foedus icerat. 3. Rex Tullus Hostilius fulmine ictus est. 4. Flammae tectum templi lamberunt. 5. Milites ligna fiderunt et fissa in ignem coniecerunt. 6. Augur Attius Navius cotem novacula discidit. 7. Hostes pontem resciderant; nostri rescissum refecerunt. 8. Athenienses primi lumen artium ac litterarum accenderunt. 9. Karthago a Romanis incensa et eversa est. 10. Tempore secundi belli punici Romani primum aureos nummos cuderunt. 11. Athenienses vela panderunt et passis velis in Siciliam navigarunt. 12. Non attendisti ad ea, quae praeceptor dixit; idcirco ea non comprehendisti et recte reprehensus es. 13. Galli supplices pedes Caesaris prehenderant; sed hic ab iis se avertit. 14. Milites scalis in murum scanderunt. 15. Naves conscensae et in Africam conversae sunt. 16. Vesuvium visimus et in summum montem ascendimus. 17. Vis orationis tuae timorem ex omnium mentibus evellerat. 18. Cicero nunquam ab amore rei publicae divulsus est. 19. Stratae matres crinibus suis templa verrerunt. 20. Platoni dormienti apes in labellis consederunt. 21. Caesar fortunae suae fisus est. 22. Duces virtuti militum semper confisi erant et ne in maximo quidem periculo iis diffidebant.

annis binos consules creabant. 4. Ubi est consilium tuum, si, quod pridie voluisti, postridie relinquis? 5. Unde orti sumus? quo ibimus? 6. Coelum est nostra patria; illinc sumus orti, illuc redibimus, illic gaudium erit sempiternum. 7. Indidem omnes homines sunt, eodem omnes venient, ibidem omnes felicitate fruentur sempiterna, qui Deum recte coluerint. 8. Ubicunque eris, nusquam Deus procul abest. 9. Undique in coelum tantundem viae est. 10. Peregre omnes obviam iverunt regi; dextrā et sinistrā viae frondibus ornatae erant. 11. Quorsum tendis? Nunquam retrorsum! Semper prorsum et sursum! 12. Una tecum erimus, quatenus licebit per valetudinem tuam. 13. Haec hactenus. 14. Quomodo vales? Ita ut antea. 15. Sic est vita hominum; transit velut umbra. 16. Haec omnia ita narras, quasi vidisses. 17. Valde te diligo, sed non adeo, ut te nimis diligam. 18. Vides, quantopere omnes te diligant. 19. Ego non tam doctus sum, quam tu; paucos modo menses in schola fui et paene nihil didici. 20. Magnopere diligo litteras, praecipue Graecas et Latinas. 21. Totum fere diem in libris sum, et fortasse mox aliquid didicero.

1. Tu sei ancora fanciullo; fra poco sarai giovanetto. 2. Noi siamo nati molto prima, che te. 3. Di giorno splende il sole, di notte la luna. 4. Ciò che testè è accaduto, può ben tosto accader di nuovo. 5. Donde venite? dov'è la vostra patria? 6. In Italia; là noi abitiamo, di là veniamo, là torneremo noi dopo. 7. Altrove vivono altri uomini; altronde vengono, in altro luogo essi corrono, ma dopo morte verranno tutti nel medesimo luogo. 8. Da tutte le parti gli amici vennero incontro a Cicerone; dappertutto era molto grande allegrezza. 9. La morte è come il sonno. 10. Come sei tu venuto qui? Perchè non sei rimasto a casa? 11. Annibale assalì da se stesso i Romani. 12. Finchè il padre lo permette, vogliamo restare oggi insieme. 13. In alto i cuori! 14. A dritta e a sinistra noi vediamo pericoli. 15. Io ti ho volontariamente sostenuto, ma invano. 16. Così sono gli uomini. 17. Essi non sono per lo più così, come dovrebbero essere. 18. Voi amate i vostri amici quasi più, che i vostri fratelli; specialmente amate voi i vostri maestri. 19. Chi è così ricco, come è stato Creso?

§ 107.

Avverbi di modo e guisa; Comparazione degli avverbi.

1. De immortalitate animorum docte disputavit Seneca, doctius Cicero, doctissime Plato. 2. Misere periit Miltiades, miserius Themistocles, miserrime Pausanias. 3. Aegre ferimus reprehensionem, aegrius poenam, aegerrime ignominiam. 4. Graviter te mater, gravius praeceptor, gravissime pater puniet. 5. Acriter vident lynces, acrius aquilae; mens videt acerrime. 6. Omnes pariter te colunt. 7. Celeriter atque davarum ferociter Scythae in pugnam incurrebant et recurrebant. 8. Cicero Octaviam amanter exceperat. 9. Sapienter Socrates virtutem non solum summum, sed solum bonum nominavit. 10. Virtus non mutuo datur. 11. Nemo perpetuo in voluptatibus vivere potest. 12. Multi consilia cito capiunt, sed continuo relinquunt. 13. Manifesto neglegentes fuistis et merito puniti estis. 14. Socrates falso accusatus et immerito morte multatus est. 15. Lacrima cito arescit. 16. Nemo parum diu vixit, qui virtute functus est. 17. Aliter vivitur cum amico, aliter cum ignoto. 18. Facile sentimus, quid conscientia vetet. 19. Nunquam impune virtutem negleges. 20. Hostes urbem recens munitam audacter adorti sunt. 21. De nullo homine contemptim loquimur, praesertim quum ipsi nostra vitia non ignoremus. 22. Res publica sensim crevit, partim sapientiā regum, partim concordia omnium ordinum. 23. Coelitus vera sapientia descendit; divinitus nobis data est. 24. Quod antiquitus traditum est, raro funditus potest evelli. 25. Tu quidem bene didicisti, sed melius frater tuus, optime soror. 26. Male coepisti et peius perrexisti; quid mirum, si pessime finiendum erit? 27. Proprius accessi, ut rem dubiam prope intuerer; sed quum proxime accessissem, nihil videbam. 28. Brennus Romanos diu vexavit, Pyrrhus diutius, diutissime Hannibal. 29. Saepissime filii patribus similes sunt, saepe etiam meliores, multo tamen saepius peiores. 30. Raro fit, ut multi idem sentiant; rarius ut idem faciant; sed rarissime, ut diu in concordia permaneant. 31. Nihil

minus constans est, quam aura popularis. 32. Minime omnium disciplina Epicureorum probari potest.

1. Tu parli sempre chiaramente, ma il padre parla più chiaramente, il maestro chiarissimamente. 2. Bene risplendono le stelle, più bene la luna, benissimo il sole. 3. Sono stato ricevuto amorevolmente dai miei amici, più amorevolmente da' miei fratelli, amorevolissimamente dai genitori. 4. I cani corrono forte, le lepri più forte, i cervi fortissimo. 5. Tu hai regolato prudentemente le cose di casa, ma tuo fratello più prudentemente, tuo padre prudentissimamente. 6. Voi siete arrivati tosto, ma ritornati incontanente. 7. Catilina fu meritamente abbandonato da tutti i buoni; poichè nessuno poteva vivere assai sicuro con lui. 8. Tu hai imparato troppo poco seriamente (*serio*); quindi sei stato continuamente biasimato. 9. I cattivi costumi debbon essere strappati da radice. 10. Da Dio è venuto sulla terra ogni bene; ma già ab antico vi è stato unito dagli uomini molto male. 11. Tu hai furtivamente letto la mia lettera. 12. Tutti i cittadini sono stati rassegnati uomo per uomo. 13. Voi diverrete a poco a poco più dotti, specialmente se voi impariate sempre diligentemente. 14. Le fiere (*bestia*) sono parte domestiche, parte selvagge. 15. Quando canti, canti male; e quando leggi, canti. 16. Gli uomini avari vivono per lo più peggio, che i poveri. 17. Verre tormentò la Sicilia nel peggior modo. 18. Voi non avete scritto bene; dovete scriver meglio. 19. Si vive ottimamente, se si vive con (*cum*) virtù. 20. Altrimenti giudichiamo noi (da) fanciulli, altrimenti (da) uomini. 21. Ciò che può essere facilmente guadagnato, può essere perduto facilmente. 22. Chi ha mentito una volta impunemente, mentisce facilmente più spesso. 23. Questo libro è scritto poco fa. 24. Si deve andare arditamente incontro ai pericoli, quando non possano essere evitati. 25. Noi lodiam molto la vostra diligenza, più ancora la modestia, moltissimo la pietà. 26. Alcuno disse: i nemici sono vicini. Di' piuttosto: noi siamo vicini, disse Leonida. 27. La terra va alle volte più vicino al sole, ma il più da vicino sul principio dell'estate e del verno. 28. Annibale non fu lungamente in Affrica, ma più lungamente in Spagna, lunghissimamente in Italia. 29. I Romani furono spesso vinti, ma molto più spesso vinsero. 30. I Tedeschi hanno combattuto molto spesso e molto lungamente coi Romani.

Capitolo 26. Le Preposizioni.

(Picc. Gramm. § 161—165).

§ 108.

Preposizioni coll'accusativo.

1. Ante mortem nemo beatus est. 2. Filii Bruti ante oculos patris a lictore necati sunt. 3. Hannibal ante portas urbis Romanis magnum terrorem iniecit. 4. M. Curius Dentatus, apud focum sedens, dona Samnitium repudiavit. 5. Apud iudices auctoritas nihil valere debet. 6. Apud Platonem multa de immortalitate animorum scripta sunt. 7. Pater ad me scripsit, ut domum ad se redirem. 8. Natura maximam rerum copiam ad hominum utilitatem comparavit. 9. Hannibal ad Zamam devictus est. 10. Sophocles vixit usque ad summam senectutem. 11. Etiam adversus infimos iustitia servanda est. 12. Terra ad orientem versus circum solem fertur. 13. Verres pessimos homines circa se habebat. 14. Gallia Cisalpina Romanis cis Alpes sita erat, Gallia Transalpina trans Alpes. 15. Ultra Alpes nulli sunt montes ignivomi, citra Alpes sunt Vesuvius et Aetna. 16. Dei erga nos amor maximus est. 17. Quod contra leges facis, id nunquam facis ad tuum commodum. 18. Inter Galliam et Germaniam Rhenus est. 19. Inter Graecos oratores praecipue Demosthenes eminet, inter Romanos Cicero. 20. Extra portam Collinam aedes Honoris erat. 21. Infra lunam omnia fragilia sunt; supra lunam sunt omnia aeterna. 22. Hostes intra muros se tenebant. 23. Cn. Pompeius bellum piratarum intra quadraginta dies finivit. 24. Germani saepe totos dies iuxta focum atque ignem agunt. 25. Quam ob causam praeceptor te punivit? 26. Ob eam causam, quod neglegens fueram. 27. Summa potestas penes regem est. 28. Quod pone me est, videre non possum. 29. Ianus bis post Numae regnum clausus fuit. 30. Post terga pugnantium subito praeter opinionem omnium magnus clamor ortus est. 31. Alexander exercitum praeter oram maritimam duxit. 32. Praeter virtutem non est durabile quidquam. 33. Romani prope urbem ma-

gnificas villas habebant. 34. Vir bonus legibus paret propter officium, malus propter metum. 35. Caesar, tribus et viginti vulneribus confossus, propter Pompeii statuam concidit. 36. Imperatores triumphantes curro magnifice ornato per urbem vehebantur. 37. Ludi per quattuordecim dies celebrati sunt. 38. Longum est iter per praecepta, breve et efficax per exempla. 39. Romani per legatos Karthaginiensibus bellum indixerunt. 40. Pauci homines secundum naturam vivunt. 41. Secundum Deum parentes maxime colendi sunt.

1. Spesso non vediamo ciò che è davanti ai piedi. 2. Il pastore spinge la greggia davanti a sè. 3. Abbi sempre dinanzi agli occhi Iddio. 4. Sono stato spesso in casa de' miei maestri. 5. Presso gli Spartani la prodezza era la prima virtù. 6. Prima della battaglia presso le Termopili disse Leonida: dimani forse pranzeremo presso i trapassati *(inferi)*. 7. Ciro presso Senofonte consola con un discorso molto serio *(gravis)* gli animi addolorati de' suoi figli. 8. La morte viene a tutti gli uomini. 9. Pochi uomini vivono fino alla vecchiezza. 10. Cicerone ha scritte molte lettere ad Attico. 11. Mecenate invitò (*invitavit*) spesso Orazio al convito. 12. I Galli mandarono ambasciatori a Cesare. 13. Milziade presso Maratona, Temistocle presso Salamina, Pausania presso Platea vinsero i Persiani. 14. Il timore verso Dio è pietà. 15. Si deve combattere contro il male. 16. Anche verso i nemici sono da osservarsi certi obblighi. 17. La luna gira intorno alla terra. 18. La terra è mossa intorno al suo asse. 19. Spesso intorno ai fiumi ed ai laghi è una folta nebbia. 20. Catilina aveva intorno a sè una grande moltitudine di uomini pessimi. 21. Di là dal Reno abitano i Tedeschi, di qua dal Reno i Galli. 22. La Germania è posta di là dalle Alpi; l'Italia giace (*situs sum*) di qua dalle Alpi. 23. Sono certi confini, di qua e di là dai quali non può riposare (*consisto*) il giusto. 24. La tua benevolenza verso di me mi è stata sempre piacevole. 25. L'odio di Annibale contro i Romani era molto grande. 26. I miei maestri sono stati sempre molto amorevoli verso di me. 27. Coriolano combattè contro la sua patria. 28. Fra Germania e Italia sono le Alpi. 29. Fra i Romani e i Cartaginesi furono le più feroci guerre. 30. Cicerone ha la maggior gloria fra gli scrittori latini. 31. Fra tutti i buoni

è quasi una tacita (*tacitus quidam*) alleanza. 32. Al tempo delle guerre puniche i Romani non possedevano terre nissune fuor d'Italia. 33. Fuori delle mura della città erano molte case e molto splendide. 34. Sotto l'etere è l'aria, e sotto l'aria è la terra. 35. I bisonti (*urus, i*) sono in grandezza (*ablat.*) un poco (*paulo*) al di sotto degli elefanti. 36. Spesso ci sovrastano (*immineo*) pericoli dentro le nostre pareti. 37. I Germani dentro quattordici anni non erano stati sotto (*sub coll'ablat.*) un tetto. 38. Il navigare (*navigatio*) vicino alla costa è spesso pericoloso. 39. Per cagion di che cosa fu Aristide mandato in esilio? 40. A cagione di questa cosa, che (*quod*) fu chiamato il giusto. 41. Presso i Romani il più alto potere era nei consoli. 42. Il potere della vita e della morte era nell'imperatore. 43. Dopo la morte di Cesare, la libertà della repubblica non fu ristabilita. 44. Dietro il cavaliere (*eques*) siede la negra cura. 45. Dopo cento anni nessuno di noi vivrà su questa terra. 46. Dopo Augusto fu Tiberio Cesare. 47. I Germani condussero il loro esercito di rimpetto all'accampamento dei Romani. 48. I Greci niente bramavano fuorchè la lode. 49. Nessuno Stato mandò agli Ateniesi soldatesche ausiliarie, fuorchè i Plateesi; ma nondimeno contro (*praeter*) l'opinione di tutti i Persiani furono vinti. 50. Presso alla città sono i più bei giardini. 51. La Sicilia è posta presso l'Italia. 52. Il fiume Eurota scorre presso Lacedemone. 53. I buoni bramano la virtù a causa della virtù stessa, non a causa della gloria della virtù. 54. Il fuoco corse per l'intera città. 55. Per tutti i tempi è stata lodata (*celĕbro*) la sapienza di Socrate. 56. Dario per mezzo di ambasciatori chiese ai Greci acqua e terra. 57. Dopo i miei genitori io sono massimamente grato (*superlat.*) verso i miei maestri. 58. Quelli sono felici, che hanno sempre vissuto conforme alle leggi di Dio. 59. Al di sopra di Roma solo piccole città (*oppidum*) erano sul Tevere; al di sotto della città era situata Ostia. 60. Sopra noi sono stelle innumerevoli. 61. Le fatiche, le quali Iddio ci impone, non sono sopra le nostre forze. 62. Il Reno scorre in parte verso occidente, in parte verso settentrione. 63. Vi è una misura determinata, oltre la quale non è permesso uscire (*egredior*). 64. Di là dai Pirenei (*Pyrenaei montes*) comincia la Spagna; il Portogallo (*Lusitania*) giace molto (*longe*) al di là dei Pirinei.

§ 109.

Preposizioni coll'ablativo.

1. Eodem anno Karthago a Scipione, Corinthus a Mummio diruta est. 2. Quis ab omnibus laudatur? 3. Fac ea, quae, etiamsi non probantur ab hominibus, tamen a Deo probantur. 4. Nunquam ad te accedo, quin abs te abeam doctior. 5. Sidera ab ortu ad occasum commeant. 6. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. 7. Cornelius Nepos librum scripsit de vitis excellentium imperatorum. 8. Socrates paulo ante mortem multa de immortalitate animorum disseruit. 9. Cicero de re publica optime meritus est. 10. Hannibal cum Romanis de imperio certavit; sed a Scipione de summo loco deiectus est et in exsilio de vita exiit. 11. A Cicerone tres libri scripti sunt de officiis. 12. Galli legatos de pace ad Caesarem miserunt. 13. Adolescentes coram senibus verecundi sunto. 14. Herodotus libros suos coram frequentissimo Graecorum conventu recitavit. 15. Ignavus dux clam militibus fugâ salutem petivit. 16. Hannibal cum patre Hamilcare in Hispaniam profectus est. 17. Nunquam est fidelis cum potente societas. 18. Multum interest, quibuscum vel apud quos loquamur. 19. Si Deus nobiscum est, quis erit contra nos? 20. Romanis ex Aegypto et Sicilia quotannis magna vis frumenti advecta est. 21. Animi hominum ex corporum vinculis tamquam e carcere evolant. 22. Alcibiades e somno excitatus casam ex omnibus partibus igne circumdatam vidit. 23. Hannibal ex Hispania in Galliam et Italiam venit. 24. Noli quidquam facere sine Deo. 25. Sine virtute nemo unquam veram laudem sibi comparare potest. 26. Epaminondas sine dubio maximus imperator fuit. 27. Antiochus rex a Romanis victus et Tauro tenus regnare iussus est. 28. Dulce et decorum est pro patria mori. 29. Graeci acerrime pro libertate dimicaverunt. 30. Parentibus pro multis erga nos beneficiis maximam gratiam debemus. 31. T. Manlius propter fortitudinem pro contione militum laudatus est a dictatore. 32. Prae strepitu militum oratio

imperatoris vix audita est. 33. Galli prae magnitudine corporum suorum brevitatem Romanorum contemnebant. 34. Universus populus summam benevolentiam erga Ciceronem prae se tulit.

1. Mardonio fu vinto presso Platea da Aristide e Pausania. 2. Da te e da tuo fratello ho ricevuto molti benefizi. 3. Da Omero e da Esiodo son raccontate molte favole degli dèi e delle dee. 4. Dopochè io son ritornato da te, ho avuto da mio padre una lettera sopra i nostri interessi. 5. Da Platone è stato scritto un libro sulla immortalità dell' anima. 6. Molti dei nemici si sono gettati giù dalle mura (*deiicio*). 7. Dopo i nostri genitori i nostri maestri hanno meritato il meglio di noi. 8. Io non farò alcuna cosa dinanzi a voi, eccetto quello che farei anche innanzi a mio padre. 9. Ciò che tu fai occultamente davanti agli uomini, non puoi già farlo occultamente davanti a Dio. 10. Noi abbiam fatto molti viaggi coi nostri genitori. 11. Voglio piuttosto esser solo co' miei libri, che parlare con uomini pazzi. 12. La pace sia con voi! 13. I Romani soggiogarono quasi tutti i popoli, coi quali combatterono. 14. L'ateniese Fidia aveva fatto una statua di Giove di oro ed avorio. 15. Molti uomini dall' Italia hanno viaggiato in altri paesi. 16. Noi abbiam imparato molto dai libri di Platone. 17. Senza spirito osservatore nulla possiamo imparare dalla natura delle cose. 18. Ciò che cominci senza Dio, lo cominci male. 19. Io ho compiuto questo senza il tuo aiuto, sebbene io l'abbia fatto per te solo. 20. Cimone fu liberato dal carcere. 21. Cesare dispose (*constituo*) le soldatesche innanzi all' accampamento. 22. Chi non combatterà molto volentieri per gli altari (*ara*, *ae*) e i focolari? 23. Senza battaglia non vi è alcuna vittoria. 24. Milziade era malato; quindi il fratello di lui parlò in sua vece (per lui) davanti al popolo. 25. Alessandro voleva conquistare l'orbe terrestre fino all'oceano (*oceănus*). 26. Di rado è reso il contraccambio (*gratiam referre*) meritato pei benefici. 27. Temistocle era benemerito della Grecia, e nondimeno fu cacciato da quella. 28. Per la quantità dei dardi non vedrete il sole. 29. Questi soldati a paragone della loro Capua derideranno e disprezzeranno Roma. 30. Voi tutti mostravate (*prae se ferre*) una grande allegrezza pel ritorno del maestro.

§ 110.

Preposizioni coll'accusativo e l'ablativo.

1. Omnes fluvii in Oceanum se effundunt. 2. Ranae in paludibus habitant. 3. Multae aves auctumno in calidiores regiones migrant. 4. Fontes fluminum in montibus esse solent. 5. Socrates philosophiam e coelo in terram devocavit. 6. Verrem in itineribus nemo unquam in equo sedentem vidit; in lectica ferebatur; coronam autem habebat unam in capite, alteram in collo. 7. Formicae victum suum in unum locum conferunt. 8. In Sicilia magna vis frumenti est, quod inde in Italiam advehitur. 9. Dionysius tyrannus ad impietatem in Deos adiunxit iniuriam in homines. 10. Induciae cum hostibus in triginta dies factae sunt. 11. In bello vis dominatur, in pace iustitia. 12. C. Pontius Samnis exercitum Romanorum in angustiis Caudinis inclusit et sub iugum misit. 13. Hector sub ipsis Troiae moenibus ab Achille interfectus est. 14. Pleraeque res sub sensus cadunt. 15. Milites sub oculis imperatoris fortitudinem suam maxime probare student. 16. Alexander Magnus totam fere Asiam sub suam potestatem redegit. 17. Venatores saepe totam noctem sub divo manent. 18. Sub vesperum pleraeque aves obdormiscunt et sub primam lucem expergiscuntur. 19. Super tabernaculum Darii solis imago fulgebat. 20. Magnus animus super omnes res humanas se effert. 21. Plato iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit. 22. Sapiens summum bonum in sola virtute ponit.

1. Le allodole si innalzano nell' aria cantando. 2. Nel mare sono pesci innumerevoli. 3. I ruscelli si scaricano nei fiumi. 4. Sui monti più alti è neve perpetua. 5. Quando alcuno giunge, le rane saltano dalla riva nell'acqua, gli uccelli volano dalla terra sugli alberi. 6. Nella primavera fioriscono i fiori ne' giardini; nell'autunno sono frutti sugli alberi. 7. I Romani eleggevano (*creare*) i loro consoli per un anno. 8. Senza amore verso gli uomini non può esservi alcuno amore verso Dio. 9. Nella Germania erano grandi selve. 10. Cesare, il primo di tutti i Romani (*genit.*)

andò nella Germania. 11. Non sii mai trascurato nell'imparare. 12. Niente di nuovo (*genit.*) è sotto la luna. 13. Annibale recò sotto la signoria de' Cartaginesi una gran parte della Spagna. 14. Noi non vediamo tuttociò che cade sotto i nostri occhi. 15. Si vive ottimamente sotto un buon re. 16. Gli Sciti viveano per lo più sotto l'aperto cielo. 17. Verso mezzanotte (*media nox*) dormono uomini e bestie. 18. Verso il principio di questo secolo (*saeculum*) sono state fatte grandi guerre. 19. I fiumi sono usciti (*egredior*) sopra le rive loro. 20. Sopra i nostri capi sono stelle innumerevoli. 21. Alcuni fiumi scorrono sotto la terra. 22. Solamente gli uomini pazzi ripongono il supremo bene nella ricchezza. 23. Platone ha posto (*collocare*) la ragione nel capo, come in una fortezza.

Capitolo 27. Le Congiunzioni.

(Picc. Gramm. § 165—178).

§ 111.

Congiunzioni copulative.

1. Parentes et liberi artissimo vinculo inter se coniuncti sunt. 2. Pietas atque religio certissimum vinculum est societatis humanae. 3. Verres Siciliam per tres annos pessime vexavit ac perdidit. 4. Romani gravia bella contra Gallos atque Hispanos gesserunt. 5. Aeneas Troiam reliquit Italiamque petivit. 6. Etiam in Italiam magna pericula Aeneae imminebant; sed haec quoque vicit et regnum in Italia constituit. 7. Sol et luminis et caloris fons est. 8. Quaenam aves et volare et natare possunt? 9. Hannibal Karthaginem relinquere coactus est neque unquam rediit. 10. Neque pulchritudo corporis neque divitiae manebunt; sola virtus et in hac vita et post mortem veram laudem afferet. 11. Sine sole nec animalia vivere, nec plantae crescere possunt. 12. Doctrinam atque virtutem fortuna neque dare cuiquam neque eripere potest. 13. Multae herbae quum iucundum, tum salubrem cibum nobis praebent. 14. Sol oritur tam super malos, quam super bonos.

1. Bestie e piante sono create (*neutr. plur.*) per causa dell'uomo. 2. Il bene e il male litigano fra di sè, e l'uno non può essere, dove signoreggia l'altro. 3. Anche nel nemico è da onorarsi la virtù. 4. La virtù degli antenati è già sparita da lungo tempo; tosto sparirà anche (*quoque*) la memoria della virtù. 5. Alcune bestie vivono così nell'acqua, come anche sulla terra. 6. Così i ricchi, come anche i poveri debbon morire. 7. Noi abbiamo i giardini così per piacere, come anche per utilità. 8. I fiori ci dilettano così per la bellezza loro, come anche per l'odore. 9. La modestia è conveniente così ai fanciulli, come anche alle donzelle. 10. Tanto adopera empiamente colui il quale abbandona l'amico nel pericolo, come colui il quale (lo) tradisce. 11. È infelice, chi nè ama alcuno nè è amato da alcuno. 12. Nè oro nè argento ti può far felice. 13. Nè sempre risplende il sole, nè sempre piove. 14. Nè Annibale nè Pirro poterono rovesciare (*evertere*) la repubblica romana.

§ 112.

Congiunzioni disgiuntive e avversative.

1. Probus vir nihil unquam vi aut clam perficere conabitur. 2. Superior aër aether vel coelum appellatur. 3. Tempori parce! Duabus tribusve horis multa utilia facere potes. 4. Omnia a natura sive potius a Deo bene instituta sunt. 5. Fortes milites aut vincere aut mori cupiunt. 6. Quaedam terrae partes incultae sunt, quod aut frigore rigent, aut uruntur calore. 7. Bestiae vel cicures sunt, vel ferae. 8. Viri nobiles vel corrumpere mores civitatis, vel corrigere possunt. 9. Romulus centum senatores creavit, sive quia is numerus satis erat, sive quia non plures ad hoc munus apti videbantur.

10. Hannibal magnam sibi gloriam comparavit, sed non sine magno labore. 11. Omnes homines felices esse possunt, verum virtute, non divitiis. 12. Omnia peribunt; virtus autem manebit. 13. Lacrimae plerumque tristitiam indicant: interdum vero etiam gaudium. 14. Etiam si corpus constringatur, animo tamen vincula iniici nulla possunt. 15. Plurimi vos vituperant; at optimi laudant. 16. Tullus

Hostilius non solum Numae dissimilis fuit, sed etiam ferocior, quam Romulus.

1. Niuno può servir tutti o piacere a tutti. 2. Le amicizie sien guadagnate per reciproci (*mutuus*) benefizi o per virtù. 3. In tre o quattro giorni possono esser cangiate molte cose. 4. L'immortalità dell'anima è molto probabile (*verisimilis*), o piuttosto molto certa. 5. Ogni proposizione (*enuntiatum*) è o vera o falsa. 6. La luna o cresce o scema (*decrescere*). 7. La più parte de' fiori dilettano o per il loro odore o per il loro colore. 8. Le malattie sono o nel corpo o nello spirito. 9. Dobbiam tutti morire, o che noi vogliamo, o che non vogliamo.

10. Cicerone salvò la patria; ma non ebbe ricompensa al suo merito. 11. Tu potrai compire grandi cose; ma dovrai anche volere. 12. Gli uomini non sanno molto; ma Dio sa tutto. 13. Non tutti possono esser ricchi; ma tutti possono esser buoni. 14. Sebbene noi non siamo dotti, non siamo però nè anche ignoranti. 15. Tutta la nostra ricchezza è nella virtù; ma la virtù sola fa l'uomo felice. 16. Gli Ateniesi non erano segnalati solo per la gloria della guerra, ma anche (per quella) delle arti e delle scienze (*litterae*).

§ 113.

Congiunzioni comparative.

1. Ut sementem feceris, ita metes. 2. Vita hominis est sicut umbra. 3. Sic vivendum est, quasi quotidie moriendum sit. 4. Poenam vel praemium accipies, prout meritus eris. 5. Multi homines ad cibum tantum et somnum nati videntur, tamquam pecudes. 6. Nonnullae aves natare possunt, velut anseres et anates. 7. Quam bonus est Deus! Quot et quanta beneficia ei debemus! 8. Nemo Atheniensium tam eloquens fuit, quam Demosthenes. 9. Quot homines, tot sententiae. 10. Nemo tantas divitias habebat, quantas Croesus. 11. Themistocles similem sortem habuit atque Miltiades. 12. Vir probus non aliter sentit atque loquitur.

1. Come i nostri padri son morti, così morremo anche noi. 2. Tutto accadrà, come Dio vorrà. 3. Molti e incliti Romani, per

esempio Camillo, Curio Dentato, altri, lavoravano il campo. 4. Alcibiade era ora trascurato, ora diligente e operoso, secondochè la cosa il richiedeva. 5. Gli uomini dabbene operano sempre così, come se tutti vedessero. 6. La gloria segue alla virtù (*accusat.*), come un'ombra. 7. Come fosti trascurato! Quanti e quanto grandi errori hai tu fatto! 8. Sono tanti i giorni, quante le notti. 9. La gloria della pace non è per lo più così grande, come (quella) della guerra. 10. Chi dei Greci è stato così saggio, come Socrate? 11. Numanzia è perita in simil guisa, come Cartagine. 12. Aristide ha meritato della patria, altrimenti che Temistocle.

§ 114.

Congiunzioni condizionali e concessive.

1. Si omnia pereunt, virtus manebit. 2. Hunc mihi timorem eripe, si est verus, ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam. 3. Memoria minuitur, nisi eam exerceas. 4. Si peccatorum nos recte poenitet, Deus veniam dabit; si minus, nos puniet. 5. Nihil in vita magnopere expetendum est, nisi virtus.

6. Haec veritas etsi iucunda mihi non est, tamen mihi grata est. 7. Etiamsi homines fallis, Deum tamen fallere non poteris. 8. Quamquam fortuna caeca est, tamen plerumque virtuti favet. 9. Quamvis doctus sis, multa tamen nescis. 10. Mendaci non credimus, licet aliquando verum dicat. 11. Multi homines virtutem ipsam quidem neglegunt, speciem vero virtutis quaerunt. 12. Magna quidem fuit fortitudo Leonidae; sed tamen multitudini hostium succubuit.

1. Se gli uomini fosser buoni, anche i tempi sarebber buoni. 2. Se tu sarai diligente, sarai lodato; ma se poltrone, sarai biasimato. 3. Tu faticherai invano, se Dio non ti sostiene. 4. Se sei saggio, aspirerai solo alla virtù; se no, sarai uno de' (*de*) molti. 5. Niuno può amare Dio, eccetto chi ama gli uomini; niuno può amar veracemente gli uomini, eccetto chi ama Dio.

6. Annibale, sebbene abbia spesso vinti i Romani, nondimeno all'ultimo è stato vinto egli stesso. 7. Ancorchè tu sii solo, nondimeno credi presente Iddio. 8. Sebbene tu abbia spesso mancato,

nondimeno tu mi sei caro. 9. Sebbene tu sii ricco, nondimeno voglio piuttosto la mia povertà, che la tua ricchezza. 10. Sebbene la vita sia corta, nondimeno gli uomini non risparmiano il tempo. 11. Dio veramente è benigno, ma anche giusto. 12. Un piacere spesso certamente è gradito, ma anche più spesso dannoso.

§ 115.

Congiunzioni consecutive e causali.

1. Nos omnes nati sumus; ergo etiam moriemur. 2. Virtus sola nunquam peribit; hanc igitur expetere debemus. 3. Cicero patriam servavit; itaque pater patriae nominatus est. 4. Doctrina comparari non potest, nisi constanti diligentia; proinde discite diligenter, ut docti fiatis. 5. Non ideo in hoc mundo sumus, ut ludamus, sed ut virtutem petamus. 6. Idcirco Aristides ex patria pulsus est, quod iustus erat. 7. Cicero Antonium graviter lacessiverat; propterea ab eo interfectus est. 8. Nemo tam iustus est, ut nunquam peccet. 9. Nihil tam sanctum est, quin violari possit.

10. Cimon durum habuit initium adolescentiae; nam propter patris crimen in vinculis tenebatur. 11. Noli confidere fortunae; namque nihil mutabilius est, quam fortuna. 12. Recte Romani Martis filii nominantur; nullus enim populus Martem magis coluit. 13. Patriam primum tueri debemus; etenim in patriae salute salus omnium constat. 14. Romulus fratrem Remum interfecit, quia hic muros novae urbis transiluerat. 15. Socrates accusatus est, quod iuventutem corrumperet. 16. Quoniam hunc laborem semel suscepi, etiam perficere eum volo. 17. Homo quum solus rationem habeat, solus Deum agnoscere potest.

1. Questa sentenza non è vera; dunque è falsa. 2. Dio solo sa, quello che ci sia utile; in lui dunque ci vogliamo confidare. 3. Annibale fu richiamato dai Cartaginesi; quindi abbandonò l'Italia. 4. La virtù è di gran lunga migliore che i beni della terra: per ciò aspirate a quella, questi disprezzate. 5. La virtù non è buona per ciò, che essa è lodata; ma è lodata, perchè è buona. 6. Noi perciò ti abbiamo esortato, affinchè diventassi mi-

gliore. 7. Gli Spartani erano i più valorosi de' Greci; perciò la loro prodezza è pregiata sempre. 8. Niuno è così dotto, che sappia tutto. 9. Niente è così certo, che non possa essere dai pazzi messo in dubbio (*dubitare*).

10. Nessuno ti crede; perchè tu hai mentito spesso. 11. Noi tutti siamo fratelli; poichè siam tutti figli di Dio. 12. Dio vede tutto; poichè nulla può accadere senza il voler di lui. 13. Si deve ubbidire ai magistrati; poichè Dio stesso lo ha comandato. 14. Fa il bene, perchè è bene. 15. Noi ci rallegriam molto, perchè tu hai così diligentemente imparato. 16. Poichè la fortuna è incerta, noi non confideremo in lei. 17. Poichè questa vita è caduca, speriamo una vita migliore e perpetua.

§ 116.

Congiunzioni finali e temporali.

1. Edimus, ut vivamus. 2. Nulla fortuna tam gravis est, ut ferri non possit. 3. Religio nos admonet, ne fortunae succumbamus, neve animum demittamus. 4. Ager aratur et iteratur, quo meliores fruges ferat. 5. Nihil Demosthenem impedire potuit, quominus summus orator fieret. 6. Multi virtutem neglegunt, dummodo divitias sibi comparent.

7. Quum Caesar in Galliam venit, omnes gentes bellum parabant. 8. Cicero ut spem libertatis amissam vidit, Italiam relinquere constituit. 9. Ubi Caesar in Italiam venit, Pompeius spem et consilium amisit. 10. Simulatque fulminavit, etiam tonare solet. 11. Postquam Persae victi sunt, Graeci inter se ipsos bella gesserunt. 12. Leuctra ipsa obruentur, priusquam memoria Leuctricae victoriae extinguetur. 13. Dum Romani consultant, Hannibal iam summa vi Saguntum oppugnabat. 14. Ludite, quoad licet; sed quando oportet, litteris operam date. 15. Donec vivimus in hac terra, fortunae subiecti sumus. 16. Epaminondas ferrum in corpore retinuit, quoad victoria renuntiata est.

1. L'uomo ha il corpo diritto (*erectus*), affinchè contempli il cielo. 2. La moltitudine delle stelle è sì grande, che non possono esser noverate. 3. Un uomo prudente non castiga perchè

si è peccato, ma affinchè non si pecchi (*passivo*). 4. Sparta non aveva mura alcune, affinchè i cittadini difendessero la città tanto più valorosamente. 5. Che cosa ti impedisce, che tu non sia diligente? 6. Cesare voleva vivere anche nella più piccola città, purchè egli là fosse il primo.

7. Quando Cartagine fu distrutta, i Romani signoreggiavano anche sul mare. 8. La repubblica romana crebbe celeremente, come (quando) ebbe acquistata la libertà. 9. Come (appena che) la prodigalità fu entrata (*invadere*), andò in rovina la potenza della repubblica. 10. Così tosto come Scipione venne in Affrica, i Cartaginesi richiamarono Annibale. 11. Poichè si è fatto giorno, alziamoci. 12. Molti muoiono, prima che veggano il pericolo della morte. 13. Impara, finchè tu sei fanciullo. 14. Cicerone rimase in Italia, finchè fu permesso. 15. Fintantochè sarai fortunato, conterai molti amici. 16. Cesare non ebbe posa, fintantochè fosse sottomessa tutta la Gallia.

§ 117.

Particelle negative e interrogative.

1. Non omnia possumus omnes. 2. Vituperare haud difficile est. 3. Epaminondas ne ioco quidem mentitus est. 4. Nemo omnia potest, ne potentissimus quidem rex. 5. Divites nequaquam felicissimi sunt. 6. Nemo parum diu vixit, qui bene vixit. 7. Hanc epistolam minus bene scripsisti; vix eam legere poteramus.

8. Num Regulus miser fuit? Non. 9. Dic mihi, num pater tuus redierit. Non rediit. 10. Nonne Deus totum hunc mundum creavit? Omnino. 11. Videsne, quam bene omnia a Deo constituta sint? 12. Utrum Athenienses, an Spartani fortiores fuerunt? 13. Dubitari potest, utrum Athenienses an Spartani fortiores fuerint. 14. Utrum visus, an auditus homini magis necessarius est? 15. Difficile est dictu, utrum visus, an auditus homini magis necessarius sit. 16. Unusne, an plures sunt Dii? 17. Ne pueri quidem de hac re dubitant, unusne, an plures Dii sint. 18. Utrum stellae ab ullo homine numeratae sunt, annon? 19. Quaero ex te, utrum stellae ab ullo homine numeratae sint, necne.

1. Non su questa terra, ma nel cielo è l'origine delle anime. 2. Il correggere non è facile. 3. Non è neppure utile, conoscere già prima il tempo futuro. 4. Anche al re non è permesso di fare ingiustizia. 5. Il giudizio degli uomini non è sempre del tutto vero. 6. Voi avete imparato troppo poco diligentemente. 7. Molti scolari non parlano ben chiaramente, sicchè appena possono essere uditi.

8. È forse la ricchezza migliore che la virtù? No. 9. Chi dubita, se la virtù sia migliore che la ricchezza? 10. Non siamo noi debitori della più grande riconoscenza verso i genitori nostri? Sì. 11. Sarai tu a casa, quando io venga da te? 12. Ti è più nota la lingua latina o la greca? 13. Come puoi tu dimandarmi, se mi sia più nota la lingua latina o la greca? Io non conosco neppure la greca. 14. Furono gli Ateniesi più segnalati per le arti della pace o della guerra? 15. Non è difficile a dire, se gli Ateniesi sieno stati più segnalati per le arti della pace o della guerra. 16. Hai tu scritto ovvero tuo padre questa lettera? 17. Tu vedrai facilmente, se mio padre od io abbia scritta questa lettera. 18. Hai tu apprestato sempre allegrezza a' tuoi genitori, o no? 19. Io stesso mi dimando sovente, se abbia sempre apprestato allegrezza a' miei genitori, o no.

PARTE SECONDA.

Prospetto delle Regole più importanti della Sintassi.

Capitolo 28. Teoria delle Concordanze e dei Casi.

(Piccola Grammatica, § 189—236).

§ 118.

Concordanze delle parti della proposizione.

I. Soggetto e predicato. 1. Virtus *sempiterna est;* divitiae *peribunt.* 2. Athenae a Cecrope *conditae sunt.* 3. Rubor est *nuntius* pudoris. 4. Ciconia est *nuntia* veris. 5. Tempus est *optimus magister.* 6. In certamine artium Athenae semper *victrices fuerunt.*

II. Più soggetti. 7. Miltiades et Themistocles misere *perierunt.* 8. Si tu et frater tuus domi *eritis*, etiam ego et pater meus *veniemus.* 9. Superbia et stultitia saepissime *coniunctae sunt.* 10. Rex et regina cum summo gaudio civium triumphantes in urbem *revecti sunt.* 11. Labor et voluptas inter se *dissimillima sunt.*

III. Apposizione. 12. Philippus, *rex Macedonum,* Graeciae libertatem eripuit. 13. A Pythagora, *viro sapientissimo,* maxime commendabatur frugalitas, *genitrix* omnium virtutum. 14. Xerxes Athenas, *urbem clarissimam* totius Graeciae, incendio delevit. 15. Cato *senex* litteras Graecas didicit. 16. Alexandro *adolescenti* tota fere Asia parebat. 17. Socrates Alcibiadem *puerum* dilexit.

IV. Neutro plurale. 18. Audi *multa*, loquere *pauca.* 19. Multi *certa* amittunt, dum *incerta* petunt. 20. Deus *omnia* ad nostram utilitatem instituit. 21. Te *tuas*, me *mea*

delectant. 22. *Haec omnia*, *quae* vides, peribunt. 23. Vir probus *honesta* petit, *turpia* vitat. 24. *Praeterita* mutari nequeunt. 25. Etiam *ea*, *quae* casu fieri videntur, a Deo *constituta sunt*.

I. 1. La luce del giorno è bella, la tenebra della notte è brutta. 2. Tebe fu ornata da Epaminonda di grande gloria. 3. L'avarizia è la madre di molti vizi. 4. L'ordine è il padre dell' agiatezza *(commoditas)*. 5. Il danno è il maestro de' pazzi. 6. Platea è l'annunziatrice di una gloria immortale de' Greci.

II. 7. Amilcare e Annibale erano i migliori capitani de' Cartaginesi. 8. Io e mio padre facemmo nel passato anno un viaggio in Italia; tu e tuo fratello viaggerete nella prossima primavera. 9. Avarizia e prodigalità sono contrarie fra loro. 10. Antonio e Cleopatra furono vinti da Augusto. 11. Principio e fine sono spesso molto diversi.

III. 12. Corinto, città molto famosa della Grecia, era posta su due mari. 13. Solone, uomo molto savio, fu licenziato, senza ricompensa, da Creso re di Lidia. 14. Alessandro distrusse Tebe, patria di Pindaro. 15. Orazio (da) fanciullo fu ammaestrato da suo padre. 16. La fama di Cicerone console era molto grande. 17. Silla temeva più Cesare (quand'era) giovinetto, che gli altri amici di Mario.

IV. 18. Il piacevole spesso non è utile. 19. Tutto il futuro è incerto. 20. Gli uomini parlano molte cose che essi stessi non intendono. 21. Dio vede e ode tutto quello che noi facciamo. 22. Da' Greci sono state compiute molte e grandi cose, che noi anc' ora ammiriamo. 23. Io ho fatto quello che io non voleva; ed ho tralasciato quello, che voleva fare. 24. L'accaduto non può divenire non accaduto (*infectus*). 25. Molte cose erano onorevoli presso i Greci, che erano obbrobriose presso i Romani.

§ 119.

Uso del Nominativo.

I. Nominativo doppio, come in italiano. 1. Darius, Hystaspis filius, hinnitu equi *rex factus est*. 2. Nemo *nascitur magister*. 3. Brutus *vindex* Romanae libertatis *evasit*. 4. Multi *docti videntur*, qui non sunt. 5. Camillus, qui

Romam a Gallis liberavit, *alter Romulus appellatus est.* 6. Italia a Graecis etiam *Hesperia* dicta est. 7. Planetae etiam *stellae errantes vocantur.*

II. Nominativo doppio coi passivi, come *putor*, ecc. 8. Cometae falso *nuntii* magnarum calamitatum *putantur.* 9. Pietas erga parentes iure *prima virtus habetur.* 10. Socrates ab Apolline *sapientissimus* omnium Graecorum *iudicatus* est. 11. Multi *beati existimantur,* quamquam re vera miseri sunt. 12. Marius septies *consul creatus est.* 13. Hannibal a militibus *dux electus est.* 14. Sulla *dictator dictus est.* 15. Cicero ab universo populo *consul est factus.* 16. Servius Tullius magno consensu *rex declaratus est.* 17. Post mortem Augusti *imperator renuntiatus est* Tiberius.

III. La particella *si* italiana col significato passivo. 18. Etiam hodie magna cum admiratione *leguntur* scripta Graecorum et Romanorum. 19. Sapientia auro non *emitur.* 20. *Laudamur* a falsis, *monemur* a veris amicis. 21. Recte *vituperaberis*, si aliorum salutem *negleges.* 22. Facile *credimus* ea, quae *optamus.* 23. Vulgo divitias in bonis *numerant.*

IV. Nominativo coll'infinito, col verbo *videor.* 24. *Diligens esse videbaris,* sed tamen non fuisti. 25. Saepe *laeti esse videmur,* quum tristes sumus. 26. Spartani *fortissimi* omnium Graecorum *fuisse videntur.* 27. Optime valeo, quamquam *aegrotus esse videor.* 28. Vos *boni* non solum *videmini esse,* sed etiam estis.

V. Nominativo coll'infinito, coi verbi *dicor*, *fertur*, ecc. 29. Multa *fecisse dicimur,* quae nunquam cogitavimus. 30. Cornices ducentos annos *vivere dicuntur.* 31. Romulus in coelum *sublatus esse fertur.* 32. Themistocles veneno *mortuus esse traditur.*

I. 1. Niuno diviene maestro a caso. 2. Molti sono divenuti poveri, che prima erano ricchi. 3. I lupi, come (*ut*) i cani, son partoriti ciechi. 4. Le stelle ci appariscono piccole. 5. Il mese d'agosto (*nominat.*) era prima chiamato Sestile. 6. Fabio il lento (*cunctator*) fu detto lo scudo di Roma. 7. Le comete sono anche dette stelle chiomate (*crinitus*).

II. 8. Annibale è tenuto pel più valoroso di tutti i Cartaginesi. 9. Dagli Epicurei il piacere, dagli Stoici la virtù è tenuta pel supremo bene. 10. Aristide è stato tenuto pel più giusto degli Ateniesi. 11. Demostene è tenuto pel migliore oratore de' Greci. 12. Dopo la cacciata de' re (= dopo cacciati i re) Bruto e Collatino furono eletti per consoli. 13. Ciro fu eletto per primo re de' Persiani. 14. Alcibiade fu nominato generale di tutta la flotta degli Ateniesi. 15. Dopo la morte di Codro, Alcmeone, figlio di lui, fu fatto dagli Ateniesi non già re, ma principe (*archon*). 16. Antonio fu dichiarato nemico della patria. 17. I due figli di Diagora furono in un medesimo giorno proclamati vincitori olimpici.

III. 18. Sí spera anche quello, che appena può accadere. 19. Si acquista dottrina non col desiderare, ma coll'imparare. 20. Per lo più si ha biasimo (siamo biasimati) dai nemici anche quando si è fatto (abbiamo fatto) bene. 21. La pace dell'anima non si compra per oro (*ablat.*). 22. Si dicono molte cose che poi si desidera di mutare. 23. Comunemente si tien la gloria per un gran bene.

IV. 24. Sembra ch'io abbia sbagliato. 25. Sembra che tu sia malinconico. 26. Sembra quasi che noi siamo da tutti abbandonati. 27. Pare che gli Egiziani siano stati il popolo più antico. 28. Sembra che voi siate stati molto diligenti.

V. 29. Si dice che Romolo sia stato figlio di Marte. 30. Si dice che i Fenici fossero navigatori molto pratici. 31. Vuolsi che Codro sia stato l'ultimo re degli Ateniesi. 32. Si dice che Simonide ritrovasse l'arte della memoria. 33. Credesi che anche prima d'Omero sianvi stati poeti. 34. Vuolsi che gli Sciti fossero molto selvaggi.

§ 120.

Uso dell'Accusativo.

I. Accusativo dell'obbietto con *iuvo*. 1. Fortuna non semper *hominem adiuvat*. 2. *Vitium fuge, virtutem sequere;* et nunquam vera gloria *te deficiet*. 3. *Miserum iuva,* si potes. 4. Prudenti consilio *multa pericula effugere* possumus. 5. Pyrrhus, rex Epiri, *Alexandrum Magnum imitari* studebat; sed a fortuna non *adiutus est*. 6. Noli *malos homines sequi;* semper bonorum *exemplum imitare*.

II. Accusativo cogli impersonali *piget*, ecc. 7. Quis est *quem* non *pudeat peccavisse?* 8. *Hominem inconstantem*

saepissime *poenitet primi consilii.* 9. *Deum miseret eorum, quos* recte *poenitet* peccavisse. 10. *Eos, quos taedet vitae,* plerumque rectius *taederet stultitiae suae.* 11. Modestia tam *pueros decet,* quam *puellas.* 12. *Neminem decet violare* leges.

III. Doppio accusativo, l'uno dell'obbietto l'altro del predicato. 13. Alexander urbem in Aegypto condidit, *quam* ex suo nomine *Alexandriam vocavit.* 14. Lycurgi leges *Spartanos fortissimam gentem fecerunt.* 15. Pueri in ludo *eum regem nominant,* qui praestantissimus esse videtur. 16. Deum omnes boni *optimum patronum habent.* 17. Pater nobis praestantissimos *viros dedit praeceptores.* 18. Vir probus semper *se praestat talem,* qualis est. 19. Multi *paupertatem* maximum *opprobrium putant.* 20. Romani *Hannibalem* semper *metuendum existimabant.* 21. Senatus *Catilinam hostem* patriae *declaravit.* 22. Milites *Vespasianum imperatorem renuntiaverunt.*

IV. Doppio accusativo dell'obbietto. 23. Quis *homines agriculturam docuit?* 24. Boni pueri *parentes suos nihil celant.* 25. Postquam Karthaginienses ad Zamam victi sunt, *pacem oraverunt.* 26. Galli viatores retinebant et *eos multas res rogabant.* 27. Cato, *sententiam* suam *interrogatus,* Karthaginem delendam putabat. 28. Aedui *Caesarem auxilium poscebant.*

V. Accusativo di estensione. 29. Romulus *triginta septem annos* regnavit. 30. Alexander *duodeviginti annos* natus erat, quum rex factus est. 31. Via Appia *viginti quinque pedes* lata erat. 32. Muri Babylonis *ducenta cubita* sive *trecentos pedes* alti et *quinquaginta cubita* lati fuerunt. 33. Milliarium Romanum *mille passus* sive *quinque millia* pedum longum fuit.

VI. Accusativo d'esclamazione. 34. O *fortunatam vitam* agricolarum! 35. Heu *me miserum!* 36. O *impium hominem,* qui patriam prodere potuerit!

I. 1. La ragione più che la fortuna aiuta gli uomini. 2. Se noi seguiamo i precetti della religione, non ci mancherà mai la pace dell'anima. 3. A niuno mancherà il tempo, se non gli

manca la buona voglia. 4. Nissuno ha sfuggito ancora la morte. 5. Imitate Ercole, sfuggite il piacere, seguite la virtù; e voi sarete sempre sostenuti dalla fortuna. 6. Chi segue (come) duce la natura, la natura l'aiuterà.

II. 7. Chi si vergognerà di imitare l'esempio dei buoni? 8. Se noi ci pentissimo in diritta guisa della nostra negligenza, noi la schiveremmo ben presto. 9. Pentitevi de' vostri peccati, e Dio avrà compassione di voi. 10. Se ti rincresce dell'opera tua, ti pentirai anche di averla fatta. 11. Al re si conviene una dignità regia. 12. Convenga pure (*congiunt.*) alla donna di piangere; non conviene già all'uomo.

III. 13. I Romani chiamarono Marcello la spada di Roma. 14. Virtù e saggezza fecero Socrate il primo di tutti i Greci. 15. Romolo nominò a senatori cento uomini, che sembravano essere i migliori. 16. Nei nostri genitori noi abbiam sempre i nostri migliori amici. 17. Dio ci ha datò la coscienza per guardiana (*custos*) della nostra virtù. 18. Gli Spartani reputavano la maggior gloria, la morte per la patria. 19. Milziade si mostrò quell'uomo, che gli Ateniesi lo avean reputato. 20. I migliori uomini niuna vergogna stimano così grande, come il peccato. 21. Alessandro morendo aveva dichiarato per suo successore colui, che fosse il migliore. 22. Il Senato proclamò per re Servio Tullio.

IV. 23. Spesso la sventura insegna agli uomini la pietà. 24. Perchè hai tu occultato il disegno tuo ai tuoi amici? 25. Ogni volta che Cesare avea vinto i Galli, questi pregavano per la pace. 26. I fanciulli ci domandano spesso di quelle cose, che noi vogliamo loro nascondere. 27. L'uomo dabbene, domandato della sua opinione, o tacerà, o dirà il vero. 28. Dio niente altro ci chiede, fuor di quello che ci è utile.

V. 29. Numa Pompilio governò quarantatrè anni, Tullo Ostilio trentadue anni. 30. Cicerone viaggiò in Asia, quando aveva ventotto anni. 31. La piramide (*pyramis*) più alta è alta quattro cento cinquanta piedi; i singoli lati nella parte più bassa sono larghi ottocento piedi. 32. Susa era lungi (*abesse*) dal mare il cammino (*iter*) di tre mesi (*genit.*). 33. I soldati fecero fosse (*fossa*) lunghe cento piedi, profonde (*altus*) cinque.

VI. 34. O sventurato Annibale! 35. O fortuna ingannatrice,

o vane speranze degli uomini. 36. O fortunato l'uomo, il quale cerca *(congiunt.)* la sua fortuna solo nella virtù.

§ 121.

Costruzione dei nomi di città.

1. Cicero *Dyrrhachio Brundusium* et *Brundusio Romam* profectus est. 2. Idem *Romae* a civibus splendidissime exceptus est. 3. Lycurgus *Spartae* vivebat, Solon *Athenis*. 4. Plato saepius *Athenis in Italiam* profectus est, et *Syracusas, Tarentum, Locros* aliasque in urbes venit. 5. Croesus, rex Lydiae, *Delphos* ad Apollinem legatos misit. 6. Thales, unus ex septem sapientibus Graeciae, *Mileti* natus erat. 7. Horatius adolescens *Athenas* profectus est; *Athenis* a Bruto avocatus est et *apud Philippos* contra Octavianum pugnavit; postea *in Italiam* et *Romam* rediit. 8. Caesar *in Britannia* et *in Africa*, *in Hispania* et *in Asia* victor fuit. 9. Alexander *Athenis* et *Babylone*, *Susis* et *Alexandriae* fuit. 10. Cicero iuvenis *Roma Rhodum* venit ibique Molonem audivit. 11. Hannibal *Karthagine in Hispaniam* venit, *ex Hispania in Italiam;* ibique diu *Capuae* moratus est.

12. *Domum* redibimus et totam hiemem *domi* manebimus; libentissime *domi nostrae* sumus. 13. Miltiades *domo* profectus est et *Lemnum* venit. 14. Cicero saepe *rus* ibat et libenter *ruri* vivebat; sed si res postulabat, *rure Romam* revertebatur. 15. Themistocles *domi militiaeque* clarus fuit. 16. Multi semper *humi* prostrati sunt neque altiora unquam petunt. 17. Cato sibi ipse mortem conscivit *Uticae, urbe* Africae.

1. Quando Cesare venne in Italia, Pompeo fuggì da Roma a Brindisi, da Brindisi a Durazzo, da Durazzo a Farsalo, da Farsalo, dopochè egli fu sconfitto, in Egitto. 2. Il poeta Pindaro era nato a Tebe. 3. Quando Alessandro fu pervenuto a Tebe, fu distrutta la città intera; solamente la casa di Pindaro rimase intatta *(intactus)*. 4. A Delfo era un oracolo di Apollo, a Dodona un oracolo di Giove. 5. Erodoto era nato ad Alicarnasso; ma viveva per lo più a Samo; fu anche a Atene, a Sparta, in Egitto e in molte

altre città e terre. 6. Virgilio morì a Taranto, ma fu trasportato *(transferre)* a Napoli e in Napoli seppellito; Augusto morì a Nola, Cesare a Roma, Alessandro a Babilonia, Sofocle ad Atene, Pompeo in Egitto, Crasso in Siria. 7. Paolo l'apostolo (*apostŏlus*) era nato a Tarso, ma abitò lungamente a Gerusalemme. Fece molti viaggi; da Gerusalemme tornò a Tarso, da Tarso ad Antiochia; in Antiochia era più spesso e più lungamente. Da Antiochia venne più tardi a Filippi; a Filippi fu gittato in carcere. Da Filippi viaggiò subito dopo ad Atene, da Atene a Corinto. Anche ad Atene e Corinto insegnò lungo tempo. Da Corinto viaggiò ad Efeso e Mileto, e poichè fu dimorato anche in Efeso e in Mileto, ritornò da Mileto a Gerusalemme, per *(ut)* viaggiar poi di nuovo da Gerusalemme in altri paesi.

8. Quando voi sarete *(congiunt.)* a casa, io verrò da voi; io sto volentieri in casa vostra. 9. Licurgo abbandonò Sparta e non ritornò mai più a casa. 10. Noi da casa viaggieremo tosto alla campagna e questa estate vivremo in campagna. 11. I contadini sono spesso necessitati a venire di campagna in città. 12. I soldati dormono spesso in sul terreno. 13. Cimone in casa e in guerra si acquistò gran lode. 14. I Greci in casa e sul campo bramavano solo la gloria. 15. Diogene visse molto a Corinto, città famosa della Grecia.

§ 122.

Uso del Dativo.

I. Dativo di comodo. 1. Avarus non *sibi,* sed *aliis* divitias comparat. 2. Ex multis herbis remedia parantur *morbis* et *vulneribus.* 3. Non semper *nostri* sunt similes, qui *nobis* similes sunt. 4. Prosumus, *quibus* possumus; nocemus *nemini.*

VI. *Quum.* 45. Nolito alios vituperare, *quum* ipse vituperatione non *careas.* 46. *Quum* vita sine amicis insidiarum *sit* plena, ratio ipsa monet, amicitias comparare. 47. Hoc ipso tempore, *quum* omnia gymnasia philosophi *teneant*, tamen eorum auditores lusum malunt, quam philosophiam. 48. Dionysius tyrannus *quum* in communibus suggestis consistere non *auderet*, contionari ex turri alta solebat. 48[b]. Solus homo particeps est rationis, *quum* cetera omnia eius expertia *sint.* 49. Themistocles Athenienses belli navalis peritissimos fecit; id quantae saluti fuerit universae Graeciae, bello cognitum est Persico, *quum* Xerxes terra marique universae Europae bellum *inferret.* 50. Philippus rex *quum* diu consilia sua *occultavisset*, Graecos adeo decepit, ut summum imperium ultro ei deferrent. Quod *quum fecissent*, amissam libertatem armis recuperare frustra conati sunt. 51. Num tibi, *quum* fauces *urit* sitis, aurea quaeris pocula? 52. Regulus *tum, quum* vigilando *necabatur,* erat in meliore causa, quam si senex periurus domi remansisset. 53. Iam senatus pacis condiciones accepturus erat, *quum* repente Appius Caecus omnium animos *erexit.* 54. Gratulor tibi, *quum* tantum *vales* apud omnes bonos. 55. Vulgo ex oppidis Pompeio gratulabantur, *quum* ex morbo gravi *convaluisset.*

VII. Congiuntivo col relativo. 56. Nulla res tam utilis est, *quae* non abusu *possit* noxia fieri. 57. Non ego is sum, *qui* mea tantum *amem.* 58. Artaxerxes ab Atheniensibus Iphicratem petivit ducem, *quem praeficeret* exercitui. 59. Qui sibi imperare non possunt, *indigni* sunt, *qui* aliis *imperent.* 60. Virtus *digna* res est, *in qua* nervos nostros *intendamus.* 61. O magna vis veritatis, *quae* contra hominum calliditatem facile se per se ipsam *defendat!* 62. *Sunt,*

qui pecuniam ardentius *appetant*, quam doctrinam. 63. In omnibus saeculis pauciores *reperti sunt*, *qui* suas cupiditates, quam *qui* hostium copias *vincerent*. 64. *Inveniuntur, qui* stulti esse, quam pauperes, *malint*. 65. *Nihil est, quod* tam miseros *faciat*, quam impietas et scelus. 66. *Nemo* erat, *qui* Catilinam non *odisset*. 67. *Quid est*, *quod* te *pudeat*, maiores natu vereri? 68. Noctu ambulabat in publico Themistocles, *quod* somnum capere non *posset*. 69. Quid tam apertum est, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, *quo* haec omnia *regantur*? 70. Saepe moniti sumus, ut in omnibus, *quae faceremus*, Deum ante oculos haberemus.

VIII. Congiuntivo nelle interrogazioni indirette. 71. Nolito facere, quod dubitas, *num liceat*. 72. Incertum est, *quid* quaeque nox aut dies *ferat*. 73. Cimon non quaesivit, *ubi* ipse tuto *viveret*, sed *unde* praesidio *posset esse* civibus suis. 74. Si sitimus, nihil interest, *utrum* aqua *sit*, *an* vinum; nec refert, *utrum* aureum *sit* poculum, *an* vitreum. 75. Epaminondas primum quaesivit, salvus *ne esset* clipeus. 76. Disputatum est a multis, *utrum* virtus doceri *posset* necne. 77. Semper cogita, *utrum* vera *sint*, quae dicturus es, *an* non *sint*.

I. 1. Andiamo, proviamo la fortuna della guerra! 2. Il tuo discorso sia mansueto e non offenda alcuno. 3. Usa pure le forze del corpo, finchè ci sono; quando sono ite via, non le desiderare (*requirĕre*). 4. Siate pure stati soltanto sbadati (*imprudens*), e non siate stati cattivi; nondimeno siete da biasimare. 5. Forse i nostri peccati ci hanno arrecato questo infortunio. 6. Chi vorrebbe esser felice solo per sè? 7. Se Dio mi donasse una buona salute, non desidererei mai la ricchezza. 8. I tempi non sarebbero così cattivi, se non fosser così cattivi gli uomini stessi.

II. 9. Noi siamo su questa terra, affinchè serviamo Iddio, non già affinchè godiamo i piaceri. 10. La ragione ci è stata data, affinchè giudicassimo e operassimo bene. 11. Era sì grande la diligenza di Catone, che (anche) da vecchio imparò la lingua greca. 12. Spesso i privati debbono lasciare andare (*congiunt. di omitto*) i loro vantaggi, affinchè lo Stato intero non si sommerga.

13. Voi foste spesso ammoniti dai vostri maestri, affinchè non bramaste la compagnia dei malvagi uomini. 14. Nissuno ha imparato tanto, che non possa ancora imparare (*addisco*) molto (di più). 15. Ancora quando la fortuna sembri esserci favorevole, nondimeno abbiamo a temere, che un giorno ci abbandoni. 16. Cicerone temeva, che Pompeo non rimarrebbe in Italia. 17. Gli Ateniesi stavano in gran paura, che Serse abbattesse la città. 18. Hai più a temere, che tu non viva assai bene, di quello che tu non viva assai lungamente.

III. 19. Viviamo semplicemente, affinchè viviamo tanto meglio e tanto più a lungo. 20. Sparta non era circondata di muro alcuno, non come se essi non avesser voluto proteggere la città, ma affinchè i cittadini stessi fossero un muro. 21. Non vi è alcuno, che non abbia spesso peccato. 22. Nulla è nato, che non debba perire. 23. Nissuna bestia è così feroce, che non ami i suoi piccini (*catulus*, *i*). 24. Non siamo mai venuti da te, senza che ci facessi grande allegrezza. 25. Nessuno può dubitare, che Dio punirà il male. 26. Cicerone non dubitava, che Demostene fosse il più eccellente di tutti gli oratori. 27. Non era dubbioso, che Cesare vincerebbe Pompeo. 28. Nissuno può impedirti, che tu ami la virtù e odii il vizio. 29. Le Alpi non impedirono Annibale, che coll'esercito venisse in Italia.

IV. 30. Oh fossi tu almeno ora diligente! Oh non fossi tu mai stato poltrone! 31 Noi dobbiamo sempre pensare e operare, come se i migliori uomini vedessero tutti i nostri pensieri *(cogitatum, i)* e fatti. 32. Solamente il peggiore degli uomini può dire quella parola: mi odino, purchè mi temano. 33. Il popolo ateniese aveva molte virtù, purchè non fosse stato così leggiero (*levis*). 34. Il re stesso deve ricusare (*nego*, 1.) a sè molte cose; non che noi otteniamo tutto ciò che desideriamo. 35. Benchè sii savio, pure sbaglierai spesso. 36. Sebbene l'anima dell'uomo sia immortale, nondimeno il corpo perirà. 37. Per quanto sia buona la nostra volontà, pure spesso ci mancano le forze.

V. 38. Aspettate un poco, finchè abbia compiuto le mie faccende. 39. Un buon soldato non lascierà il suo posto, finchè egli non sarà richiamato. 40. Finchè potè farsi, Temistocle restò in Grecia. 41. Aristide visse in esilio, finchè non fu richiamato dai suoi concittadini. 42. Sarai felice, fintantochè sarai buono. 43. Gli Spartani solevano consultare (*consulo*, 3.) l'oracolo, prima di andare

(*congiunt.*) in guerra. 44. Io ti ho amato (*diligo*. 3.), prima ch'io ti avessi parlato.

VI. 45. L'oro è un peso all'avaro, soltanto perchè egli non ne usa. 46. Poichè ho peccato, mi credo da me stesso degno di gastigo. 47. Sebbene la nostra vita sia breve, pure non risparmiamo il tempo. 48. Poichè Alcibiade in Grecia non era sicuro, fuggì in Asia. 48 b. A Maratona combattevano 100,000 Persiani, mentre degli Ateniesi ve n'erano solo 10,000. 49. Quando Cicerone era questore in Sicilia, scoperse la tomba d'Archimede. 50. Quando Annibale fu costretto ad abbandonare Cartagine, fuggì prima ad Antioco, re di Siria, quindi a Prusia, re di Bitinia. Poichè i Romani anche ivi lo insidiavano (*insidiari*), egli si uccise di veleno. 51. Quando la primavera si appresenta, tutta la natura sembra rallegrarsi. 52. Dio ha sempre aiutato i buoni, quando maggiormente abbisognavano di aiuto. 53. A pena avevi lasciato la nostra casa, quando tuo fratello ritornò dal (*ex*) viaggio. 54. Io ti debbo biasimare, poichè fosti così trascurato. 55. Tutti i buoni si rallegrarono per ciò, che Cicerone fu richiamato.

VII. 56. Nulla è così santo, che dagli uomini empi non venga offeso (*violare*). 57. Noi non siamo tali, che invidiamo ad altri la loro felicità. 58. Gli Spartani mandarono a prendere da Atene il poeta Tirteo, per adoperarlo come capitano. 59. Chi calunnia l'assente, è indegno di essere ammesso (*admitto col congiunt.*) nella compagnia di uomini buoni. 60. Pochi sono degni, che con loro vengano partecipate (*communicare*) le nostre allegrezze e dolori. 61. O vecchio miserabile, che per tanti anni non ha veduto la luce del sole! 62. Vi sono sempre stati uomini, che hanno pregiato più l'apparenza, che la vera dignità. 63. Si trovano delle genti, le quali sopportano con maggior pazienza (*patientia*) una grave malattia, che un piccolo dolore. 64. Si son sempre trovati degli uomini che guasti (*corrumpere*) dall'oro han commesso i maggiori delitti. 65. Niuna cosa si è data mai, che più funesta (*perniciosus*) fosse nella repubblica, che la discordia. 66. Niuno vi ha che non ami la sua propria salute. 67. Che cos'era, che ti pentivi di aver fatto questo? 68. Aristide fu cacciato dagli Ateniesi, perchè oltre (*praeter*) agli altri era chiamato il giusto. 69. Non è permesso di fare alcuna cosa, che sia vietata dalla legge di natura. 70. Cesare dava ricompense ai soldati valorosi, af-

finchè difendessero tanto più valorosamente, ciò che avevano acquistato.

VIII. 71. Io dubito molto, se la tua vita sarà sempre così libera da affanni. 72. È cosa incerta, qual sia per essere l'esito della guerra. 73. Gli Spartani non chiedevano, quanto fosse il numero dei nemici, ma dove fossero. 74. Se mi chiedi, se voglio o no essere tuo amico, io ti debbo chiedere pel primo, se sei un uomo dabbene, o se seguiti il male. 75. Dimmi, se vuoi essere diligente e buono, ed io ti dirò, se sarai felice. 76. Importa poco, se vivremo o no lungamente; ma molto importa, se siamo buoni o no. 77. Se vuoi governare altrui, molto importa, se ubbidisca tu stesso alle leggi, ovvero non ti creda soggetto a quelle.

§ 132.

Uso dell'Imperativo.

1. Mihi *crede,* certa est merces virtutis. 2. *Valete!* Mei memores *estote!* 3. Nunc *discite;* cras *luditote.* 4. Quum opus tuum perfeceris, ad me *venito.* 5. Censores bini *sunto;* magistratum quinque annos *habento;* reliqui magistratus annui *sunto.* 6. Prius me *audite*, et, si placuerit, quod dixero, *facitote.*

7. *Noli* sapiens *esse* nostro periculo. 8. *Nolite* quidquam *facere* contra leges. 9. *Nolite* id *velle,* quod facere non licet. 10. Impius *ne audeto* placare donis iram Dei. 11. *Cave credas* adulatoribus. 12. *Ne* furtum *feceris.* 13. *Ne* quis, tamquam parva, *fastidiat* grammatices elementa. 14. Tu *non* diutius quam necesse est, ibi *manebis* moxque ad nos *venies.* 15. *Fac ne* quid omittas. 16. *Cura, ut valeas*, et *fac* animo forti *sis.*

1. Credetemi, solamente il vizio fa gli uomini miserabili. 2. Sta bene e scrivimi tosto ciò che tu fai. 3. Oggi restate presso di me; domani farete ciò che vi piacerà. 4. Quando sarete ritornati a casa, salutate (*salutare*) i vostri genitori (a) mio nome. 5. Due abbiano la potestà regia, e questi siano chiamati consoli. 6. Prima ricercate (*inquirĕre*); e quando avrete ricercato, allora giudicate.

7. Non siate stolti. 8. Non cercare la compagnia degli scolari negligenti, affinchè non divenga tu stesso negligente. 9. Non

volere, quello che i tuoi genitori hanno proibito. 10. Il cieco non questioni (*disputo*, 1.) de' colori. 11. Guardati dal mentire. 12. Non sii poltrone. 13. Niuno stimar meno, che te stesso. 14. Non lasciare (*omitto*, 3.) di scrivermi spesso, e amami. 15. Fa, che tu ritorni. 16. Procura che tu tosto risani, e fa, che da questa malattia non rimanga qualche cosa di male.

Capitolo 31. Uso dell'Infinito.

§ 133.

L'Infinito come Soggetto e come Obietto.

1. Fortunā *confidere* stultum est. 2. *Irasci* non decet sapientem. 3. Nihil *fecisse* mali, gratissima memoria erit. 4. *Peccare* est tamquam *transsilire* lineas. 5. Plurimi suas cupiditates *regere nesciunt* et tamen alios *regere volunt.* 6. *Discite* recte *oboedire,* ut aliquando recte *imperare possitis.* 7. Paene *oblitus sum dicere*, quod maxime *dicere debebam.* 8. Caesar Rhenum *transire constituit* et Germanos in sua ipsorum terra *aggredi conatus est.* 9. Quod *facere* non *audes,* id *omitte cogitare.* 10. Quod *assequi studes,* id *persequi* ne *desistas.* 11. Pueri multa *agere solemus*, quae non *pergimus facere* viri. 12. Quod *incipere decrevi*, id *paratus sum perficere.* 13. Vita ipsa plurimos *sapere docet.*

1. È dannoso il sapere, ciò che avverrà. 2. A niuno si addice il mentire. 3. L'aver danneggiato il bene altrui, può essere cagione di allegrezza solo all'uomo pessimo. 4. Morire è come passare in un'altra casa e migliore. 5. Molti sanno dire, ciò che è bene; i più nol vogliono fare. 6. I Pittagorici imparavano a tacere. 7. Non ti dimenticare di scrivermi, ciò ch'io debba fare in questa cosa. 8. Gli Ateniesi non ardirono di rimanere nella città, e risolverono di difendersi sulle navi. 9. Io desiderava (*cupio*) di vederti; e nondimeno tu hai lasciato di venir da me. 10. Pausania cercava di soggettare la Grecia al re de' Persiani, e non cessava di seguire questo disegno. 11. Alcuni sogliono prescrivere agli altri, ciò che essi medesimi non sono mai stati pronti a

fare. 12. Prosegui ad amare le scienze; così i tuoi maestri non cesseranno di esserti favorevoli. 13. Mia madre mi insegnò pregare.

§ 134.

Accusativo coll'Infinito.

I. Accusativo coll'infinito come soggetto. 1. *Deum esse apertum est.* 2. *Deum esse optimum apparet.* 3. *Verum est, amicitiam* nisi inter bonos esse non *posse.* 4. *Meliorem esse* pessimis, parva *laus est.* 5. *Romam* a Romulo *conditam esse constat.* 6. *Opinio erat, libertatem* Graeciae a Romanis *restitutum iri.* 7. *Necesse est*, discordia civili *rem publicam interire.* 8. *Hoc bellum suscipi* non *oportuit.* 9. Multum mea *interest, vos omnes bonos pueros esse.* 10. *Aequum est*, *omnes* saluti patriae *consulere.* 11. *Difficile est, regem* omnia suis oculis *videre.* 12. *Scelus est*, *fratrem* a fratre *destitui.*

II. Accusativo coll'infinito come obietto. 13. Vere *terram* floribus et herbis *vestiri videmus.* 14. *Pompeios*, Campaniae *urbem*, motu terrae *interiisse audivimus.* 15. Animus *sentit*, *se* sua vi, non alienā, *moveri.* 16. Quamquam saepe *animadvertimus, tempus* celerrime *abire,* tamen eo non semper utimur. 17. Veteres Graeci et Romani *multos esse deos putabant.* 18. Saepe *intelleximus,* nihil *nos posse* sine auxilio Dei. 19. *Totum hunc mundum* a Deo *creatum esse scimus.* 20. Quis est, qui *nesciat,* sine firma voluntate *nullam rem magnam* perfici *posse?* 21. Nunquamne *meministi, parentes tuos* omnem spem suam in te *ponere?* 22. Puerulus iam *didici, nihil esse bonum*, nisi quod Deo placeret. 23. *Speramus*, ex hac vita *nos* in aliam et beatiorem vitam *esse venturos.* 24. Thales Milesius *dixit, aquam esse* omnium rerum *principium.* 25. *Romulum ferunt* (dicunt) inter pastores *educatum esse.* 26. Epicurus *negabat*, *animos* hominum *esse immortales.* 27. Romani scriptores *narraverunt, Regulum* a Karthaginiensibus magnis cruciatibus *necatum esse.* 28. Herodotus memoriae *prodidit,* Croesum a Solone *monitum esse*, quam fragilis esset fortuna humana. 29. Idem *scribit,* Croesi *filium,*

quum mutus esset, in summo patris periculo subito *esse locutum*. 30. Stoici *docent, virtutem* non modo *summum*, sed *solum esse bonum*. 31. *Promitto* tibi, *nullam rem* mihi maiori curae *futuram esse*, quam *tuam salutem*. 32. Pausanias regi Persarum *pollicitus est*, *se* Graeciam sub eius potestatem *redacturum esse*. 33. Themistocles *simulavit, amicitiam* sibi *fuisse* cum Xerxe, Artaxerxis patre. 34. Parentes *te diligentem* et *pium esse volunt; nolunt*, *malos* tibi *esse amicos*. 35. Natura ipsa *nos gratos esse iubet*. 36. Cicero *principes* coniurationis *interfici iussit*. 37. Dux *quemquam exire* e castris *vetuit*. 38. Lycurgus *urbem muniri vetuerat*. 39. Avarus aegre *patitur vicinum suum* se *esse divitiorem*. 40. Leges *civem Romanum verberari* non *sinebant*. 41. Magnopere *gavisi sumus, hostes* ab exercitu nostro *fugatos esse*. 42. Iure *miramur, Romanos* ex tam parvis initiis ad tantam potestatem *pervenisse*. 43. Nunquam ego *moleste tuli*, *alios* meliore fortuna *uti*, quam *me ipsum*. 44. *Tene* a virtute *defecisse! Te esse* cum malis, quem ego omnium optimum semper putavi!

I. 1. È certo che ogni giorno molti uomini muoiono. 2. È manifesto, che niuno è senza peccati. 3. È chiaro, che gli uomini cattivi sono sempre miserabili. 4. L'essere stato ricco è un piccolo conforto. 5. È noto, che Cicerone fu chiamato padre della patria. 6. Correa voce, che i Galli avessero fatto defezione (*deficio*) dai Romani. 7. È necessario, che noi tutti una volta moriamo. 8. Chi vuole divenire perfetto, dee diventar migliore ogni giorno. 9. Niente importa, che tu sii biasimato dagli uomini malvagi. 10. È giusto, che l'uomo sia sorretto dall'uomo. 11. È difficile che uno si segnali (*excello*, 3.) in molte cose. 12. È una iniquità (*scelus*), che i figli siano ingrati verso i loro genitori.

II. 13. Voi spesso avete veduto, che la vostra diligenza riesce d'allegrezza ai genitori. 14. Tu non udisti mai, che i pazzi siano grati ai savi. 15. Tutti gli uomini sentono, che senza Dio non son niente. 16. Non notaste mai che stoltezza ed orgoglio per lo più sono uniti? 17. Io aveva stimato, che tu saresti diligente. 18. Una volta tu conoscerai, che niente è migliore, che la diligenza e la pietà. 19. Chi di noi sa, che egli vivrà fino alla sera? 20. Tu

parli, come se non sapessi che questa vita è piena di dispiaceri e di fatiche. 21. Non dimenticheremo giammai, che siamo stati salvati pel tuo aiuto. 22. Voi avete appreso, che nulla è da desiderarsi gran fatto *(magnopere)*, fuorchè la virtù. 23. Cesare avea sperato, che in breve tempo ritornerebbe. 24. Democrito ha detto, che si danno mondi innumerevoli. 25. Si racconta, che Pitagora abbia già giudicato bene intorno all'immortalità dell'anima. 26. Chi negherà, che nella virtù sia la più grande ricchezza? 27. Cicerone stesso racconta, che la tomba di Archimede fu da lui ritrovata. 28. Da Platone fu tramandato alla memoria, che le lettere sono state trovate dagli Egiziani. 29. Cesare e Tacito scrivono, che i Tedeschi furono di robusta grandezza di corpo. 30. Aristotile ha insegnato, che il poeta Orfeo non visse giammai. 31. Mi hai promesso sovente, che saresti pio e diligente. 32. Ciò che ho promesso di fare, lo farò. 33. Gli adulatori fingono di essere tratti in grande ammirazione (*admiratione affici*) per le nostre virtù. 34. Io non voglio, che la mia vita sia scevra di cure; ma voglio, che le mie cure riescano in vantaggio ad altri. 35. I Romani comandarono ai Cartaginesi di partire dalla città e di abitare in un altro luogo. 36. I trenta tiranni fecero gittare (*coniicĕre*) in prigione i migliori cittadini degli Ateniesi. 37. La legge proibiva, che un cittadino romano fosse legato. 38. Presso gli antichi Tedeschi era proibito di introdurre *(importare)* fra loro del vino. 39. Gli Spartani non soffersero, che Pausania ritornasse all'esercito. 40. Cesare non sofferse, che l'accampamento fosse circondato d'una palizzata. 41. Ci rallegriamo, che la patria è salva da questi pericoli. 42. Mi sono spesso maravigliato, che l'innumerevole esercito de' Persiani sia stato vinto dalla piccola soldatesca de' Greci. 43. Non ho mai sopportato di mala voglia, che altri siano più felici di me. 44. Che io mi adirassi teco! Che io ti fossi nemico!

§ 135.

Nominativo coll'Infinito.

1. ***Multi homines*** divitias *petere*, virtutem ***neglegere videntur***. 2. *Demosthenes* Platonem studiose *lectitavisse dicitur*. 3. *Spartani* omnium Graecorum *fortissimi fuisse*

feruntur. 4. Terentii *fabulae* propter elegantiam sermonis magnam partem a Laelio, Scipionis amico, *scriptae esse putabantur*. 5. *Aedui* frumentum *dare iussi sunt*. 6. *Classis* Karthaginiensium *comburi iussa est*. 7. Recte *pueri vetantur* multa *loqui*. 8. *Phoenices primi nautae fuisse perhibentur*. 9. *Alcibiades* illius calamitatis *auctor esse arguebatur*. 10. *Triptolemus* agricolturam *invenisse traditur*. 11. *Consul* ab hostibus *inclusus esse nuntiabatur*. 12. *Hippocrates* et *Galenus peritissimi medici fuisse existimantur*.

1. Sembra, che noi siamo stati abbandonati da tutti. 2. I poeti debbono avere inventati gli dèi de' Greci e de' Romani. 3. Dicesi che Romolo sia stato nutrito da una lupa. 4. Si crede che l'oratore Eschine fosse corrotto coll'oro dal re Filippo. 5. Ci è stato raccomandato di difendere questa fortezza. 6. È stato comandato che uno dei consoli coll'esercito vada nell'Affrica. 7. Era stato comandato ai soldati di combattere col nemico. 8. Vuolsi che Edipo inconsapevolmente uccidesse suo padre. 9. Annibale fu dai Romani incolpato di essere stato mancator di fede. 10. Dicesi che Esculapio fu l'inventore della medicina. 11. Fu annunziato, che i Persiani fossero stati vinti. 12. Si credeva, che i più antichi re fossero figli di dèi.

§ 136.

Tempi dell'Infinito.

1. Matrem meam *memini* puero mihi nihil adeo *commendare*, quam pietatem. 2. Patrem tuum ab omnibus bonis plurimi *fieri meministi*. 3. *Memini*, Marium quondam paludibus se *occultasse*. 4. *Factum volo*, quod semel iussi. 5. Spero *fore, ut* omnes diligenter *discatis*. 6. Multi existimabant, *futurum esse, ut* Hannibal urbem ipsam aggrederetur. 7. Non sum nescius, *fore, ut* meus labor in multas reprehensiones *incurrat*. 8. Facile intellegi poterat, *fore, ut* Romani victores ex bellis Punicis *evaderent*.

1. Voi vi ricordate, che vi sono stato sempre amico. 2. Noi

ci ricordiamo, che i nostri genitori ci hanno dato spesso il miglior consiglio. 3. Tu ti ricordi, che Cicerone ed Attico furono amici. 4. Io voglio avervi ricordato, che solo nella virtù è onor vero. 5. Noi sperammo, che voi non richiedereste da noi una fatica sì grave. 6. Cesare non crèdeva, che i suoi soldati temerebbero tanto i Tedeschi. 7. Noi sappiam bene, che tu ti sforzerai (*studeo*, 2.), di piacere ai tuoi genitori. 8. Ho riconosciuto, che tu ti segnalerai (*excello*. 3.) sopra (*praeter*) gli altri.

§ 137.

Dell'uso di *quod*, che.

1. *Quod* meam salutem tibi curae esse dicis, gratum mihi est. 2. *Hac re* maxime bestiis praestamus, *quod* ratione utimur. 3. Omnium erga té amor *inde* oritur, *quod* omnes a te amari se sentiunt. 4. Magnopere *gaudemus, quod* mox te ad nos venturum esse scribis. 5. Iniuriā *vituperatur* Hannibal, *quod* post Cannensem victoriam urbem non adortus est. 6. Saepe *miramur, quod* homines doctos in rebus vanis occupatos videmus. 7. Senatus Terentio Varroni *gratias egit, quod* de salute rei publicae non desperasset. 8. Cicero *moleste tulit*, *quod* Milo condemnatus est. 9. Recte *laudamus* Epaminondam, *quod* a nullo unquam corrumpi se passus est.

1. Quanto a ciò, che il mio consiglio ti ha giovato, io son volentieri pronto ad aiutarti sempre. 2. In questa sola cosa tu sbagli, che tu mi tieni per negligente. 3. La gloria di Atene può esser riconosciuta anche per ciò, che i più eccellenti Romani mandavano i loro figli in questa città, affinchè colà fosser educati nelle scienze. 4. Io mi sono molto afflitto (*doleo*), che tu ti adiri meco. 5. Gli Ateniesi accusarono Alcibiade, che per colpa di lui la flotta fosse stata vinta. 6. Noi non ci lamentiamo (*queror*, 3.), che altri siano più felici di noi. 7. Noi ringraziamo i nostri maestri, che ci abbiano mostrato sì grande amore. 8. Annibale si crucciava, perchè era costretto ad abbandonare l'Italia. 9. Grande è la lode di Regolo, perchè volle piuttosto morire, che violare il giuramento.

§ 138.

Esempi misti sulle costruzioni coll'Infinito, con *ut, ne, quin* **e** *quod.*

1. Xenophanes dicebat, habitari in luna eamque esse terram multarum urbium et montium. 2. Opus est, animo te valere, ut corpore valere possis. 3. Natura ipsa nos monet, ne impii simus. 4. Themistocles metuebat, ne Graeci singuli in suas urbes redirent. 5. Magnopere timeo ut tibi dignam gratiam referre possim. 6. Non dubitamus, quin animi sanitas multo sit praestantior, quam valetudo corporis. 7. Magnopere laudandus est Hippocrates in eo, quod errores suos confessus est, ne posteri errarent. 8. Lycurgus Lacedaemoniis persuasit, se leges suas ab Apolline accepisse. 9. Themistocles Atheniensibus persuasit, ut naves conscenderent. 10. Socrates plerosque philosophos tam inscios esse putabat, ut ne scirent quidem, nihil se scire. 11. Croesus tam fortunatus sibi videbatur, ut a quoquam superari se posse non crederet. 12. In omnibus rebus ratione utendum est, ne a recta via abducamur. 13. Marius timebat, ut milites Romani aspectum Germanorum sustinerent. 14. Metus erat, ne hostes agros vastarent. 15. Veremur, ut rem tam difficilem satis explicare possimus. 16. Neminem tam doctum esse apparet, quin multa nesciat. 17. Num te angit, quod abes tam diu a parentibus tuis? 18. Non reprehendo, quod tui tibi tam cari sunt. 19. Sol efficit, ut omnia floreant. 20. Laboribus meis hoc adeptus sum, ut bonum nomen existimer. 21. Constat, nihil ab omni parte beatum esse in hac vita. 22. Restat, ut virtutem solam colamus. 23. Saepe fit, ut nostrum commodum cum aliorum utilitate pugnare videatur. 24. Longe absum, ut laudi tuae invideam. 25. Quis dubitat, quin doctrina praestet divitiis? 26. Caesar dicebat, se in minima urbe primum esse malle, quam Romae secundum. 27. Post pugnam Cannensem in eo erat, ut potestas Romanorum concideret. 28. Natura fert, ut nostrorum salus nobis carissima sit. 29. Nonnunquam accidit ut sine causa tristes esse videamur. 30. Nemo est, quin

intellegat, omnium rerum in hac terra extremum esse, ut moriamur.

31. Necesse est, rei publicae salutem cum nostra salute coniunctam esse. 32. Animi nostri ad Deum redeant necesse est, unde orti sunt. 33. Pueros oportet parentibus suis oboedientes esse. 34. Ex rerum cognitione efflorescat oportet oratio. 35. Tantum abest, ut tibi invideamus, ut tua laude nihil nobis gratius esse possit.

1. Gli Egiziani credevano, che le anime dai corpi degli uomini trasmigrassero nei corpi delle bestie. 2. Le leggi furono date, affinchè i delitti fossero repressi. 3. Licurgo abbandonò Sparta, affinchè gli Spartani non chiedessero da lui altre leggi. 4. Noi temiamo, che tu abbia intrapreso una fatica troppo difficile. 5. Gli Ateniesi temevano, che gli Spartani non venisser loro in aiuto. 6. A niuno è dubbioso, che Annibale sia stato il più gran generale di tutti i barbari. 7. Alcibiade è da biasimar molto, perchè si è mostrato così spesso sleale (*perfidus*) contro la sua patria. 8. Io non ti ho potuto convincere, che la tua diligenza riesca di vantaggio non a me, ma a te. 9. Mio fratello mi ha persuaso, che viaggiassi con lui in Italia. 10. Cicerone diceva, esser la moltitudine così pazza, da non vedere (*ut col congiunt.*) che sono i suoi maggiori nemici coloro, i quali sembrano essere suoi amici. 11. Il numero delle stelle è sì grande, che non può essere segnato (*indicare*). 12. Vegliate (*vigilare*) e pregate, che non cadiate in tentazione. 13. Noi abbiamo sempre temuto, che le nostre forze non bastassero (*sufficio*, 3.) a quest'opera. 14. I tuoi amici temono, che la tua arditezza ti porti una volta tormento. 15. I buoni figli temono massimamente, di non riuscire (*congiunt.*) d'allegrezza ai genitori loro. 16. È certo, che nulla è sì piccolo, che non abbia un qualche scopo (*finis*). 17. Noi non ci siamo mai doluti, che abbiamo molte faccende. 18. I vostri maestri vi lodano, perchè voi imparate sì diligentemente. 19. La tua negligenza ha fatto sì, che i tuoi condiscepoli ti superano di gran lunga. 20. Per la tua diligenza otterrai, che tu divenga il migliore di tutti gli scolari. 21. È noto, che Temistocle era d'una memoria sì grande, che credeva non potesse dimenticar niente. 22. Voi avete mostrato buon volere; resta ancora, che voi lo mettiate in opera. 23. È

accaduto di rado che due uomini volessero in tutte le cose il medesimo. 24. Io fui sempre molto lontano da adirarmi con te. 25. Un uomo dabbene non dubiterà mai, che il bene della patria deve esser preferito al bene dei particolari. 26. Socrate soleva dire, che tutti in ciò che sanno sono eloquenti abbastanza. 27. Tu sei sempre sul punto di poter morire (è sempre in punto che tu possa ecc.). 28. La consuetudine porta, che noi amiamo molte cose, le quali pure sono senza valore. 29. Spesso si dà, che si adirano con noi coloro, i quali sembrano essere nostri amici. 30. Non vi è mai stato alcun uomo, il quale non abbia appreso, che la fortuna è così incostante, che niuno può in essa affidarsi.

31. È necessario, che l'amico si fidi dell' amico. 32. È necessario, che noi tutti siamo concordi. 33. Presso gli Spartani i giovanetti dovean tacere, quando i più attempati parlavano. 34. Chi vuole amare Dio, deve amare anche gli uomini. 35. Tanto è lungi, che la tua lettera mi sia stata molesta, che anzi io godo, che tu mi abbia ammonito con tanta benevolenza.

Capitolo 32. Uso dei partecipiali.

§ 139.

Participi e loro costruzione.

I. Participio risoluto col pronome *il quale*. 1. *Vir* probus, nemini *nocens*, neminem *timens*, ab omnibus magni aestimatur. 2. Maxima est sapientia *Dei*, omnia *gubernantis*. 3. *Pueris* diligenter *discentibus* libri plerumque gratissimi sunt. 4. Stoici fortitudinem dicunt esse *virtutem*, *propugnantem* pro aequitate. 5. Sapiens nullam amat *voluptatem* a virtute *seiunctam*. 6. Pii homines post mortem participes erunt *felicitatis* perpetuo *mansurae*. 7. Semel *mentito* non facile credimus. 8. Male *agentes* nunquam sunt sine metu. 9. Furtum *adiuvans* non minus in culpa est, quam ipse fur. 10. Suas res *neglegenti* non committemus nostras. 11. Iacet corpus *dormientis*, ut *mortui*. 12. Adulatores *vituperanda* non minus laudant, quam ea, quae laude digna sunt.

II. Participio risoluto con *mentre, durante, quando.* 13. *Plato* uno et octogesimo vitae suae anno *scribens* est mortuus. 14. *Ventus* saepe aëra salubrem reddit, vapores *depellens.* 15. *Atheniensibus* de salute sua iam *desperantibus* nuntius victoriae allatus est. 16. Amici attenti audiebant *Socratem,* de immortalitate animorum *disputantem.*

III. Participio risoluto con *dopochè, allorchè.* 17. *Alexander*, Aegypto *potitus*, Alexandriam condidit. 18. *Regulum*, Karthaginem *reversum,* Karthaginienses crudeli morte occiderunt. 19. Athenienses *principatum* Graeciae, bello Peloponnesiaco *amissum*, nunquam receperunt. 20. *Aeneae,* multa mala *perpesso*, tandem in Latium pervenire contigit.

IV. Participio risoluto con *per, perchè, affinchè.* 21. Tertio bello Punico *Scipio* in Africam traiecit, Karthaginem *deleturus.* 22. Lacedaemonii *legatos* ad Apollinem miserunt *consulturos,* quid facerent. 23. Boni parentes filios suos magistris *erudiendos* tradunt. 24. Pueris bonas *sententias ediscendas* damus. 25. Fabricius *perfugam* ad Pyrrhum *reducendum* curavit.

V. Participio risoluto con *quando, se, poichè, allora, sebbene.* 26. *Nebula cadens* serenitatem promittit. 27. Mos fuit apud Persas, ut *regi,* intra imperii fines iter *facienti*, ab omnibus munera offerrentur. 28. *Rhinoceros,* cum elephanto *pugnaturus*, cornu saxis acuere dicitur. 29. *Ciconiae abiturae* uno die congregantur. 30. Leo *satiatus* et non *lacessitus* plane innoxius est. 31. Etiam saluberrimi *cibi* nocent, nimis copiose *sumpti.* 32. *Tigres* omnia animalia adoriuntur, semper sanguinem *sitientes.* 33. *Cantus* olorum inter fabulas refertur, nunquam *auditus.* 34. *Insulas* non possumus adire, nisi navibus, undique mari *circumdatas.* 35. *Avarus,* maximas saepe divitias *possidens,* tamen iis non utitur. 36. Saepe fit, ut miserrimi *homines*, *cupientes* mori, non possint. 37. *Multa* non videmus ante oculos *posita.*

VI. Participio risoluto con *e.* 38. *Parentes* saepe sui ipsorum *obliti* liberis suis consulunt. 39. *Deus* etiam oc-

culta *videns* omne malum puniet. 40. Vere *terra* floribus *ornata* gratum aspectum praebet.

VII. Participio risoluto con *senza, senza che*. 41. *Dives* pauperem saepe iuvare potest, se ipsum *non spolians*. 42. *Romani* multis gentibus auxilium tulerunt, *non rogati*. 43. Deus *miseris* saepe consolationem praebet, *non opinantibus*. 44. Stultum est, *quemquam* in amicitiam suam recipere, *non* ante *cognitum*.

VIII. Participio risoluto con sostantivi verbali. 45. *Pietas violata* maximum damnum affert. 46. Graeci *propter Helenam raptam* Troiam diruerunt. 47. Karthago condita esse putabatur centum triginta quattuor annis *ante Romam conditam* et trecentis annis *post Troiam eversam*. 48. Iudaei initium diei *a sole occidente* faciunt. 49. Magnos *viros* veneramur etiam *mortuos*. 50. *Experti* scimus, quam fragiles sint res humanae.

I. 1. Temistocle, il quale penetrava il disegno degli altri Greci, mandò un nunzio a Serse. 2. Noi lodiamo la probità di Regolo, il quale volle piuttosto ritornare a Cartagine ai più grandi tormenti, che violare il giuramento. 3. Con ragione son date ricompense ai soldati, i quali combattono per la patria. 4. Il maestro gastiga lo scolare, il quale negligentemente impara. 5. È un peccato, trascurare le forze, che sono date dalla natura. 6. Molti uomini sono più amici del piacere, il quale perirà, che della virtù, la quale non perirà mai. 7. Coloro i quali hanno acquistato (*adipiscor*) grande ricchezza, per lo più la bramano anche più grande. 8. Chi ubbidisce alle leggi, non deve (*debeo*) temere alcuno. 9. Coloro vendicano il meglio un'ingiuria, i quali per essa fanno benefizi. 10. A coloro, i quali amano Dio, tutto riuscirà in bene. 11. La vita di colui, il quale non fa alcun bene, è vuota d'allegrezza. 12. Il maestro loda ciò che è da lodare, e punisce ciò che è da punire.

II. 13. Socrate era sereno e lieto, quando bevve il veleno. 14. Mentre noi provvediamo (*consulo*, 3.) alla salute di tutti, provvediamo alla nostra salute. 15. Grande fu il dolore d'Annibale, quando abbandonò l'Italia. 16. A Serse, quando andò in Grecia, seguiva un esercito innumerevole.

III. 17. Gli Ateniesi, dopochè si furono impadroniti dell'isole,

punirono i traditori. 18. A Cicerone, quando fu ritornato in Italia, mossero incontro i più insigni Romani. 19. L'astuzia di Temistocle rispinse in Asia Serse, dopochè era stato vinto nella battaglia presso Salamina. 20. I Persiani seppellivano (*condo*, 3.) i morti, dopo averli unti intorno (*circumlino*, 3.) di cera.

IV. 21. Alessandro andò in Asia, per conquistare il regno dei Persiani. 22. Molti popoli hanno abbandonato la loro patria, per cercarsi altre sedi. 23. Il generale diede l'accampamento de' nemici in balia de' soldati, affinchè fosse saccheggiato (*diripio*, 3.). 24. Dio ci ha dato le nostre forze, affinchè siano coltivate, non perchè siano trascurate. 25. Temistocle fece rifabbricare le mura della città.

V. 26. La cicogna, quando ritorna, cerca di nuovo il suo primiero nido. 27. È noto, che il leone ruggisce (*rugio*, 4.), quando è affamato. 28. Quando i cavalli vogliono bere, tuffano (*iniicio*, 3.) la bocca e il naso nell'acqua. 29. Se vuoi comandare agli altri, devi comandare anche a te medesimo. 30. Quando le bestie sono ferite (*vulnero*, 1.), esse si guariscono da sè. 31. Il cammello può essere avvezzato così che egli si stenda (*procumbo*, 3.) sul terreno, per esser caricato (*onero*, 1.), e si rialzi, quando è caricato. 32. Gli Egiziani non uccidevano mai un gatto, poichè temevano, non fosse in quello l'anima di un qualche amico. 33. Il liocorno (*monocĕros*) è tenuto per una favola, poichè in nissun luogo si vede. 34. Molti reputano piccole le stelle, perchè sono da noi separate per uno spazio incommensurabile. 35. Il tempo, sebbene fugga via molto veloce, è nondimeno trascurato da molti. 36. Le aquile, benchè volino molto alte, scorgon pure molto acutamente la loro preda. 37. Dio è a noi tutti vicino, benchè da niuno sia veduto.

VI. 38. È felice, chi pregia poco i beni di questa terra e segue solamente la virtù. 39. Alcibiade si sottrasse all'invidia de' suoi concittadini e venne a Sparta. 40. Il re Pirro fu vinto in battaglia presso Benevento e abbandonò l'Italia.

VII. 41. Numa fu eletto re, senza ch'egli bramasse la signoria. 42. Priamo venne nell'accampamento de' Greci, senza essere stato conosciuto. 43. I nostri genitori ci donano il necessario, senza che noi (ne li) preghiamo. 44. Molti libri sono lodati, senza che siano stati letti.

VIII. 45. La distruzione di Sagunto fu il principio della seconda guerra punica. 46. A causa della conquista di Gallia il nome di

Cesare era molto famoso. 47. Alessandro il grande morì otto anni dopo la fondazione d'Alessandria, trecento ventitrè avanti la nascita di Cristo. 48. Il ritorno delle cicogne annunzia la primavera. 49. Cesare, dopo l'uccisione di lui, fu riposto (*refĕro*) fra gli dèi. 50. Per esperienza ho imparato, che ogni guerra è un male.

§ 140.
Ablativi assoluti.

I. Ablativo assoluto con participi. 1. *Persis advenientibus* Leonidas Thermopylas occupavit. 2. Themistocles *Artaxerxe regnante* in Asiam venit. 3. *Oriente sole* illucescit, *occidente* vesperascit. 4. *Vere ineunte* eadem diei noctisque longitudo est. 5. In multis regionibus uvae non maturescunt, *deficiente* solis *ardore*. 6. *Orantibus amicis* Socrates tamen carcer non reliquit. 7. *Dario devicto* Alexander dominus Asiae fuit. 8. *Tarquinio expulso* Romani duos consules creaverunt. 9. *Pace restituta* artes florere solent. 10. Romani *bellis finitis* templum Iani claudebant. 11. *Praemiis propositis* vir probus tamen non recedit a recto. 12. Stultus est, qui *gravioribus rebus neglectis* leviores curat. 13. Hannibal *Alpibus superatis* in Italiam venit.

II. Ablativo assoluto con sostantivi verbali o addiettivi. 14. Graeci *Themistocle duce* Persas ad Salaminem vicerunt. 15. Terra *lunā comite* circum solem fertur. 16. *Fortuna adiutrice* maximae res gestae sunt. 17. Athenienses *Alcibiade auctore* expeditionem in Siciliam fecerunt. 18. *Cicerone puero* bellum inter Marium et Sullam ortum est. 19. Poësis apud Romanos florere coepit *Catone* iam *sene*. 20. *Aurelio Cotta* et *Manlio Torquato consulibus* Horatius poëta natus est. 21. *Dictatore Camillo* Galli fugati sunt. 22. *Tito imperatore* incendium Vesuvii factum est, quo duae urbes, Herculanum et Pompeii, obrutae atque deletae sunt. 23. *Dario rege* regnum Persarum maximum fuit. 24. *Deo invito* nihil fieri potest. 25. *Coelo obscuro* tempestas imminere videtur. 26. *Corpore sano* tamen animus interdum videtur aegrotus esse. 27. *Tranquillo mari* facile est, navem gubernare. 28. *Augusto vivo* artes et litterae apud Romanos floruerunt.

I. 1. Mentre Tarquinio assediava Ardea, i Romani abolirono (*tollo*) la regia dignità. 2. Sotto il reggimento d'Augusto (mentre Augusto reggeva) Cristo nacque, sotto il reggimento di Tiberio morì. 3. Mentre noi dormiamo, Dio veglia (*vigilo*, 1.). 4. Quando il verno ritorna, i più degli uccelli volano via (*avolo*, 1.). 5. Annibale non potea vincere compiutamente (*devinco*) i Romani, perchè i Cartaginesi non (lo) aiutavano. 6. Sebbene Cicerone (lo) ammonisse, nondimeno Pompeo non rimase in Italia. 7. Dopochè i Cartaginesi furono espulsi, la Sicilia divenne provincia romana. 8. Poichè l'Asia fu sottomessa, Alessandro morì a Babilonia. 9. Dopo la presa di Atene (poichè Atene fu presa), gli Spartani avevano il primato in Grecia. 10. Dopo il compimento della fatica (quando la fatica è compiuta), il riposo è dolce. 11. Non ostante l'uccisione di Cesare (sebbene Cesare fosse stato ucciso), la libertà non fu perciò ristabilita. 12. Erodoto abbandonata la sua patria, percorse (*peragro*, 1.) molti paesi. 13. Pirro armò un esercito e venne in aiuto a' Tarentini.

II. 14. I Cartaginesi sotto la condotta di Annibale vinsero spesso i Romani. 15. Amilcare in compagnia di suo figlio andò in Ispagna. 16. Sotto la protezione di Dio ogni fatica è agevole. 17. Per consiglio d'Appio Claudio la pace fu rigettata (*reiicio*). 18. Al tempo della nostra gioventù sono state fatte molte difficili guerre. 19. Quando già Platone era vecchio, Aristotile cominciò a insegnare. 20. Sotto il consolato di Cicerone Catilina tentò di abbattere la repubblica. 21. Sotto la dittatura di Fabio la fortuna (*res*) Romana fu ristabilita. 22. Sotto l'imperatore Vespasiano fu distrutta Gerusalemme. 23. Quando Numa era re, fu chiuso il tempio di Giano. 24. Quando Dio è propizio, tutto va bene (*procedo*, 3.). 25. Quando la notte è serena, si scorgono (in cielo) innumerevoli stelle. 26. Quando la madre è malata, soffre (*laboro*, 1.) tutta la casa. 27. Nel plenilunio (quando la luna è piena) si veggono assai chiaramente la più parte delle cose. 28. La gloria di Atene fu al colmo, quando viveva Pericle.

§ 141.

Gerundio, Participio fut. passivo e Supino.

1. *Utendum* est ratione. 2. Occasio *discendi* non semper adest. 3. Solitudo *cogitando* aptissima est. 4. Anti-

qui stilo utebantur *ad scribendum.* 5. *Docendo* discimus. 6. Virtus etiam in hoste *laudanda* est. 7. Omnem occasionem *exercendae virtutis* arripere oportet. 8. Múlti cupidiores sunt *emendandorum librorum,* quam *legendorum.* 9. Equus *vehendo,* asinus *oneri ferendo* est aptiór. 10. *Ad amicitiam parandam* multum confert morum similitudo. 11. Cameli *ad onera portanda* nati esse videntur. 12. *Legendis bonis libris* mentes aluntur. 13. *In eligendis amicis* maxima diligentia adhibenda est. 14. Exstat liber Ciceronis *de contemnenda morte.*

15. Hannibal speculatores misit, *speculatum* castra Romanorum. 16. Deo omnia facilia sunt *factu.* 17. Quae tibi iucunda sunt *dictu,* saepe alteri molesta sunt *auditu.* 18. Romanorum res gestae *cognitu* dignissimae sunt.

1. Si dee risparmiare i vinti. 2. L'arte dello scrivere fu trovata dai Fenici. 3. Il cavallo è molto atto al correre. 4. Le api hanno un pungolo *(aculeus)* per ferire, e un becco *(rostrum)* per succiare. 5. Col dormire si perde la terza parte della vita. 6. Si deve leggere non molti libri, ma buoni. 7. Nissun'arte vi ha per accrescere *(augeo)* la memoria, fuorchè (*nisi*) l'esercizio. 8. Pericle era molto esperto di guidare la repubblica. 9. Le vesti servono (*inservio,* 4.) a coprire ed ornare il corpo. 10. Serse armò un grandissimo esercito per soggiogare la Grecia. 11. La speranza del guadagno spinge molti uomini a intraprendere fatiche. 12. Per la trascuranza delle leggi la repubblica va in rovina. 13. La maggior sollecitudine dei genitori consiste nella educazione dei figliuoli. 14. Ci resta un poema di Virgilio sull'agricoltùra (sul coltivare i campi).

15. Uomini senza numero viaggiavano in Grecia, per osservare i giuochi olimpici. 16. Molte cose sono facili a dirsi, ma molto difficili a farsi. 17. È maraviglioso (*mirabilis*) a udire, con quante difficoltà Annibale trapassasse le Alpi. 18. È piacevole a conoscere, quale è la cagione di ogni cosa.

PARTE TERZA.

Alcuni pezzi per esercizio di lettura latina

Capitolo 33. Prospetto della Natura.

§ 142. Il Mondo e le sue parti principali.

Universus *mundus* plerumque in duas partes distribuitur, *coelum* et *terram*. In coelo *solem*, *lunam*, *stellas* conspicimus. *Terra* cum ceteris elementis, *igne*, *aëre*, *aqua*, hominum causa facta est. Ea *montes* habet cum silvis et herbis, saxis et metallis; *valles* cum pratis, floribus atque graminibus; *campos* cum agris et frugibus, hortis et oleribus; *maria*, lacus, flumina et rivos; *animalia* et *homines*. *Nubes* pendent in aëre. *Aves* volant sub nubibus. *Quadrupedes* eunt aut currunt. *Pisces* natant in aqua. *Vermes* repunt in terra. *Homines* possident universam terram.

§ 143. Il sole.

Sol, cuius magnitudo incredibilis est, globus est igneus, qui, quum surgit, tenĕbras noctis pellit et omnia luce sua collustrat. Quum oritur, praecēdit *diluculum* et *aurora*; quum occĭdit, *crepusculum* et *nox* sequitur. Idem minuit et abigit frigus, calefăcit terram universam, et efficit, ut omnia vigeant. Est igitur fons *luminis* et *caloris*.

Sol, quia modo propius, modo longius abest, quattuor anni tempora efficit, *ver*, *aestatem*, *auctumnum*, *hiemem*. Quo obliquius radii solis in terram incĭdunt, eo minorem

habent vim calefaciendi. Itaque sol meridianus calidior est, quam matutīnus vel vespertinus. Sol circa axem rotatur suum, planetae autem omnes circa solem. Quum luna inter solem terramque ita interponitur, ut solem obtĕgat, tum *eclipsis solis* contingit, idque nisi nova luna fieri non potest.

§ 144. La luna.

Luna, ut terra, est corpus opācum, quod lumen suum a sole accipit. Noctu splendet et lumine suo stellas obscūrat, sed nullum calorem efficit. Saepe etiam interdiu cernitur; tum autem propter solis candorem pallida est. Varias illa mutationes lucis habet: modo enim *nova luna* est, modo *crescens*, modo *plena*, modo *decrescens*. In *novilunio* nihil lucis habet, quum sol aversam a terra partem collustret; sed post diem quartum decimum eo pervĕnit, ubi tota pars, a sole illuminata, in terrae conspectu est, idque *plenilunium* appellatur.

Luna maculata est, et idem semper latus terrae obvertit. Eădem est *satelles* sive comes terrae nostrae, quam undetriginta diebus et duodecim horis ab occasu ad orientem versus ambit, et simul cum ea quotannis circum solem fertur. Quando terra ad lineam rectam inter solem lunamque interponitur, tum luna obscuratur, quae *eclipsis lunae* dicitur. Ea fieri non potest, nisi die plenilunii, neque semper est eiusdem generis. Nam modo pars tantum lunae obscuratur, modo totus eius orbis tegitur. Quinquaginta millia milliarium a terra abest, et magnitudine quinquagesimam fere terrae partem aequat.

§ 145. Le stelle fisse.

Praeter lunam innumerabiles stellae coelum nocturnum ornant, quae dividuntur in *fixas* sive immobiles, et *planetas* sive mobiles. *Fixae* stellae sua luce fulgent, et eundem semper inter ceteras locum obtinent, aequaliterque omni tempore ab iis distant. Inter eas *stella polaris* semper eodem loco ad septentrionem versus nobis appāret. Albidus ille circulus, qui *via lactea* appellatur, ex innumerabilibus stellis fixis constat, quae immenso a terra intervallo distant.

§ 146. I pianeti principali.

Planetae dividuntur in *primarios* et *secundarios*. *Primarii planetae* nunc supra sexaginta numerantur; antiquitus noti erant solum hi sex: *Mercurius, Venus, Terra, Mars, Iuppiter, Saturnus;* septimus superiore demum saeculo detectus est *Uranus*. Duo primi sunt soli propiores, quam terra, ceteri ab eo remotiores. Praeter hos ineunte hoc saeculo detecti sunt quattuor parvi planetae, *Juno, Ceres, Pallas, Vesta;* ad quos medio fere hoc saeculo plus duodequadraginta alii accesserunt. Hi planetae omnes circa solem moventur, ideoque non eodem semper loco conspiciuntur, unde planetae sive errantes vocantur. *Veneris* stella, quum ante ortum solis in coelo fulget, *Lucifer* dicitur; quum post occasum solis conspicitur, *Hesperus* appellatur. *Iuppiter* duodenis fere annis orbem suum explet, *Saturnus* tricenis.

§ 147. I pianeti secondari.

Secundarii planetae sunt, qui primarios semper comitantur, eosdem circumeunt, et una cum iis circa solem feruntur. *Satellites* eorum vocari solent. Ut igitur terra nostra unum habet satellitem, lunam: sic *Iuppiter* quattuor, *Saturnus* septem habet *satellites* sive lunas. Omnes planetae, tam primarii quam secundarii, sunt globi opaci, qui lucem a sole accipiunt. Aliud genus stellarum sunt *cometae*, qui rarius apparent.

§ 148. La terra.

Universa *terra* globi formam habet, unde etiam orbis terrarum dicitur. Ea duplicem habet motum; etĕnim non tantum intra viginti quattuor horas ab occasu ad orientem versus circum axem suum movetur, sed etiam intra trecentos sexaginta quinque dies et sex horas, cum luna comite, circum solem. Ille motus vicissitudinem *diei* et *noctis* efficit; hic *annum* constituit et *quattuor anni tempora*. In altera terrae parte, quae a sole illustratur,

dies est, in altera nox. Praeterea terra altero semestri boreale hemisphaerium, altero australe soli magis obvertit, unde in altero dies longiores sunt, in altero noctes.

Superficies terrae ex aqua et humo constat; sed minor pars est terra continens, maiorem aqua tenet. Ambĭtus eius quinque millia et quadringenta milliaria complectitur. Quattuor sunt plagae mundi: *septentrio*, *oriens*, *meridies*, *occidens*. Praeterea dividitur terra in quinque *zonas*, quarum duae *frigidae* sunt, duae *temperatae*, una, quae media est, *torrida*. Varias illa res profert, ut frumenta in agris, plantas in hortis, gramina in pratis, arbores in silvis. Sub terra nascuntur lapides et metalla.

§ 149. L'acqua.

In montibus *fontes* sunt, e quibus *aqua* emānat, primum *rivulis* fluens, deinde *rivis*. Complures rivi confluentes *fluvium* efficiunt, flumina in *mare* sive *oceănum* effunduntur. Omnis aqua gravitate sua deorsum fertur; itaque ea loca, unde proveniunt flumina, altiora sunt, quam illa, quo volvuntur. Pura aqua neque saporem habet, neque odorem, neque colorem.

In omni autem aqua *calor* quidam inest; quo si privatur, fit glacies, quae calore resolvitur. Idem calor efficit, ut particulae aquae perpetuo ascendant. *Aër* etiam in aqua inest, ut bullulae in ea ascendentes satis arguunt. Nonnulli fontes aquam *frigidam*, alii *calidam*, alii *amaram* promunt, contra varios hominum morbos. Aquae *salsae* sunt eae, quae salem communem vel alium secum ferunt. Aqua res est utilissima et maxime necessaria. Hominibus atque animalibus potum praebet, plantas terrae nutrit, molas aliasque machĭnas circumăgit. Eādem cibos coquimus, nosque ipsos et alia omnia lavamus ac purgamus.

§ 150. Il mare.

Permagnum aquarum aequor *mare* dicitur, et si terram continentem circumfluit, *oceănus*, ex quo magna perpetuo vaporum copia ascendit. Idque necesse est fieri, quod mare aquarum vim per flumina illabentium capere non posset,

nisi quotidie aliquam sui partem exhalando perderet. Omnis aqua marina salsa est et amara, ne putescat. Hinc ea bibi non potest, ut aqua fontium et fluviorum. Eādem de causa gravior est fluviali, et multo maiora onera sustinere potest; fert enim naves vastissimae molis. Imprimis memorabilis est accessus et recessus maris. Nam aqua maris vicenis quaternisque horis in litore bis crescit, bisque decrescit, quae vicissitudo lunae motu gubernari putatur. Ceterum mare habet *litora, promontoria, insulas, peninsulas, scopulos:* idem facit *freta* et *sinus.*

§ 151. L'aria.

Universa terra undiqüe *aëre* circumdătur, qui omnibus animantibus spiritum praebet, et sine quo neque animalia vivere, neque plantae crescere possunt. Is ubi terrae propior et vaporibus crassior est, vulgo *atmosphaera*, ubi remotior a terra et rarior est ac purior, *aether* vocatur. Aër liquidus et pellucidus est. Frigore condensatur, calore extenuatur atque extenditur. Idem quo altior est, eo est frigidior.

Aër nunc pluvius, nunc serenus est; aestate calidus, hieme frigidus; vere et auctumno temperatus. Numquam purus est, sed particulis salsis, sulfureis aliisque mixtus. Quo autem purior aër, eo salubrior est. Levior aër assurgit in graviori, ut oleum in aqua. Aër etiam sonum efficit, et quo purior est aër et tranquillior, eo clarior est sonus; hic autem obtunditur a crassis humidisque vaporibus in aëre natantibus, et ab occurrentibus ventis. *Echo* est repercussus aëris, qui allapsus solidis corporibus resilit. In aëre gignuntur res variae: *nebulae, nubes, pluvia, nix, fulgura, tonitrua, irĭdes*, alia, quae Graecis *meteōra* vocantur.

§ 152. Il vento.

Aër raro plane tranquillus est, sed plerumque in motu versatur. Commotus aër *ventus* dicitur, leniter commotus *aura* appellatur. Quattuor sunt venti primarii, flantes e quattuor plagis mundi: *boreas (aquilo)* a septentrione, *eurus*

(subsolanus) ab oriente, *auster (notus)* a meridie, *favonius (zephўrus)* ab occidente. Ventorum frigidissimus aquilo est, auster plerumque tepidus, favonius humidus, siccus subsolanus. Venti maxima nobis commoda afferunt; purgant aëra vaporibus noxiis, nimios temperant calores, et multas morborum causas removent. Iidem nubes ab uno loco ad alterum propellunt, post hiemem nives solvunt, terramque, multā pluviā irriguam, celerius, quam sol posset, siccant, naves et molas impellunt. Nonnunquam tamen damnum inferunt. *Procella* interdum arbores eradīcat, aedificia evertit, naves perdit. *Turbo* res obvias in gyrum agit. *Subterraneus ventus* nonnunquam terrae motum excitat, quo urbes pagique corruunt.

§ 153. **Il fuoco.**

Ignis, causa lucis et caloris, lucet, calefăcit, urit et combūrit. Excitatur ille plerumque tritu corporum, aut solis radiis. Ligno vel aliā materiā sustinetur. Ex igne ascendit fumus. Quod ex combusto ligno remănet, cinis est. Multa corpora ignis liquefăcit, ut aurum, argentum et cetera metalla. Omnis ignis alimenti indiget, nec permanere potest, nisi alatur, tum materia certa, tum aëris afflatu, sine quo ardere non potest. Idem est inter elementa levissimus.

§ 154. **La luce.**

Effectus ignis *lumen* est, quod igne quaquaversus effunditur. Ubi lumen abest, ibi sunt tenĕbrae, atque evanescunt omnes colores. *Lux* omnium rerum est celerrima, et multo velocior, quam sonitus. Radii eius semper ad lineam rectam moventur neque ab ea deflectunt, nisi quum e tenuiori materia in densiorem, velŭti ex aëre in aquam, venerunt. Id enim quum fit, deflectit radius; et baculus, oblique in aqua positus, fracti speciem habet. Quum radii luminis in solidum corpus incidunt, repelluntur densitate eius, idque quum fit, reflecti lumen dicitur.

§ 155. **Vicissitudini atmosferiche dell'acqua.**

Ex aqua vapores perpetuo ascendunt in aëra, quod patet

ex eo, quod lintea uda, in aëre expansa, celeriter siccantur. E mari igitur et lacubus fluminibusque magna quotidie vaporum copia attollitur, qui innătant aëri, tantoque evehuntur altius, quanto magis eos calor solis extenuat. Hi vapores ubi copiose cientur et una cum aëre frigoris vi coguntur, veniunt in conspectum oculorum; tumque si super terram pendent, *nebulae* dicuntur; si in sublime acti in aethere haerent, *nubes;* quae, si graviores sunt, quam aër inferior, in terram decidunt efficiuntque pluviam et imbrem, nivem et grandinem.

Si *nebula* delapsa in terra diffluit, coelum serenum exspectamus; si assurgit et in aëre remănet, pluvia sequi solet. Vere et auctumno, item mane et vesperi, nebulae crebriores sunt, quam alio tempore, et imprimis in aquosis et palustribus regionibus aër nebulosus est. Si aquosi vapores in aëre frigore congelantur, nix inde nascitur. Si pluvia congelata ex aëre frigidiore subito in calidiorem delabitur, *grando* oritur. Unde fit, ut aestate grandinet, hieme ningat. *Ros* terrae plantarumque exhalationibus gignitur, quae mane vesperive condensantur et guttatim confluunt. Ros, si circum frigida corpora congelatur, *pruina* est.

§ 156. **Vicissitudini atmosferiche del fuoco.**

Praeter aquae vapores etiam sulfurei in aëra ascendunt, unde *fulmen* nasci olim creditum est. *Fulmen* appellatur fulgor ille subitus, ex obscuris plerumque nubibus emicans cum *tonitru* sive fragore coniunctus, licet illud vel serius ad aures perveniat, quam fulgur ad oculos, vel plane audiri non possit. Quo enim longius a nobis fulmen abest, hoc serius tonitrum audimus, quum lux multo celerius propagetur, quam sonus. Fulmina multum nobis prosunt; purgant enim et refrigĕrant aëra, noxiosque vapores consŭmunt. Interdum tamen nocent, incendia excitant, arbores findunt franguntve, homines et animalia exanimant. Nonnunquam fulmen quidem e longinquo videmus, neque tamen tonitrum audimus; hoc *fulgĕtrum* vocant. Aestate saepius fulgurat tonatque, quam reliquis anni temporibus.

§ 157. Vicissitudini atmosferiche della luce.

Aliae praeterea igneae species, sed sine fragore, interdum exsistunt, quales sunt *dracones volantes* et *stellae cadentes,* quae, ut multi putant, ab exhalationibus terrae pinguioribus et putribus nascuntur. *Ignes fatui,* qui palustribus interdum locis inerrant, vapores sunt micantes. *Iris (arcus coelestis)* tum exsistit, quum sol radiis suis illuminat exadversum cadentes pluviae guttas; horis igitur pomeridianis ad orientem, matutinis ad occidentem versus. *Lumen boreale* interdum hibernis noctibus ad septentrionem versus conspicitur. Saepe circulus lucidus, qui a Graecis *halos* dicitur, solem aut lunam amplectitur, isque gignitur aquae vaporibus, a sole lunave illuminatis. Nonnunquam, at raro in eiusmodi vaporibus solis lunaeque imagines exsistunt, quas *parhelios* et *paraselēnas* vocant.

§ 158. I monti.

In terra sunt *montes*, *colles* et *valles.* Colles sunt parvi humilesque montes. Quo altiores montes, eo profundiores sunt valles. Altissimi in orbe terrarum montes sunt in Asia et America, quorum summus octuplo fere altior est, quam Bructerus Germaniae. Celsissimorum montium vertices etiam in calidioribus regionibus valde sunt frigidi, ideoque perenni glacie et nive teguntur, ut Alpes Helvetiae. Sunt etiam *ignivomi montes* sive Vulcani, quales sunt Aetna in Sicilia et Vesuvius in regione Neapolitana. Ceterum multa montibus debemus commoda. Ex iis omnes rivi fluviique oriuntur, atque omnia metalla eruuntur. Proferunt herbas saluberrimas, coërcent impetum ventorum, ab aestivis caloribus nos defendunt.

§ 159. I metalli.

Metalla e montibus effodiuntur. Ea sunt vel *nobilia* vel *ignobilia.* Nobilia sunt *aurum* et *argentum;* ignobilia *ferrum, aes, cuprum, stannum, plumbum, argentum vivum.* *Aurum,* quod est omnium gravissimum et nobilissimum,

non tantum effoditur, sed reperitur etiam in quibusdam fluminibus. Ex *auro* et *argento* faciunt artifices nummos et varia ornamenta. *Ferrum,* ex quo et optima et pessima instrumenta cuduntur, in omnibus fere terris reperitur. *Chalybs* durissimum ferri genus est. Ex *cupro* et *stanno* varia vasa conficiuntur; praeterea stannum, illitum aheneis vasis, arcet aeruginis virus. *Plumbum,* metallorum mollissimum, citius, quam cetera, liquĕfit. *Argento vivo* omnia metalla innătant, praeter aurum.

§ 160. Le pietre.

Lapides dividuntur in *vulgares, rariores*, *pretiosos*. Vulgares sunt *saxum*, *cos, silex*, *pyrītes;* rariores sunt *magnes, crystallus, marmor;* pretiosi sunt *gemmae*. *Magnes,* prae aliis admirandus lapis, ferrum attrahit satisque tenaciter retinet, quam virtutem cum ferro quoque communicat; deinde, si libere fertur, dirigit se ad polos mundi, et *acus magnetica* semper ad septentrionem spectat, ut nautae secundum eam cursum dirigere possint.

Crystallus est lapis pellucidus et valde durus. *Marmor* est vel candidum, vel maculosum et varii coloris. *Pumex,* lapis cavernosus, natat in aqua, estque ad corpora leviganda utilissimus. *Lapide Lydio* aurum argentumque probatur. *Gemmae,* e terra effossae, rudes et sine splendore sunt; poliuntur autem et ab aurifĭce includuntur auro. Sunt eae varii coloris *smaragdus* viridis, *topazion* pallidum, *sapphirus* caerulea. Verum pretiosissimus gemmarum ac durissimus adamas est, splendore nitidissimo variisque coloribus radians. Attămen lapis molaris eum utilitate longe superat.

§ 161. Le piante.

Omnis *planta* in tres partes dividitur, *radicem* et *truncum* et *ramos*. Rami porro *gemmas, frondes*, *folia*, *flores*, *fructus*, *semina* efferunt. Extrinsĕcus *cortex,* intus *medulla* est. *Radices* terrā tectae sunt et humorem sugunt, qui alimentum plantis praebet. Sed ille humor non tantum per radices, sed etiam per foliorum poros plantas in-

greditur, unde fit, ut sine foliis, quippe quae humores ex aëre attrahant, nullus fructus ad maturitatem pervenire possit. Ceterum omnis planta nascitur et propagatur ex alterius vel *surculis gemmisve*, vel *radicibus*, vel denique *seminibus*. Neque tamen omnes plantae omnibus locis nascuntur.

§ 162. Gli alberi.

Arbores sunt vel *frugiferae* vel *steriles*. Frugiferae sunt apud nos *malus*, *pirus*, *cerasus*, *prunus*, *morus*, *nux*, *persĭcus*, *castanea*. Steriles sunt *abies*, *pinus*, *betŭla*, *fagus*; *fraxinus*, *salix*, *tilia*. Quaedam sua sponte proveniunt, quae silvestres ac ferae dicuntur; aliae ope humana gignuntur, et hae meliores proferunt fructus. Arborum aliis folia auctumno decidunt, ut malis, piris ceterisque frugiferis; aliae semper virent, ut abies, taxus, laurus aliaeque complures. Celsissima arborum *cedrus* est, apud nos *abies*. Arbores lignum praebent non tantum ad comburendum, sed etiam ad aedificandum aliasque res necessarias.

§ 163. I frutti del campo.

Inter ea, quae terra profert, prima et utilissima hominibus *frumenta* sunt, quae dividuntur in *hiberna* et *aestiva*. *Hiberna* sunt, quae auctumno seruntur et aestate sequentis anni maturescunt, ut *triticum*. *Aestiva*, quae *vere* seruntur, ut *avena*. Huc pertinent *legumina*, ut *fabae*, *lentes*; item *linum*, unde lintea texuntur, et *cannăbis*, funibus et retibus utilissima. Terra, ut frugifera fiat, stercoranda est. Tum aratur, conseritur, occatur. Quum maturuerunt segetes, falcibus demetuntur et in horrea convehuntur.

§ 164. I fiori.

Flores mirae sunt varietatis; et quum ceterae plantae usus alimentique causa in terra gignantur, flores facti sunt, ut pulchritudine oculos pascant, odoribus nares delectent, hominumque voluptati inserviant. Florum notissimi sunt

viŏla, rosa, lilium, narcissŭs, tulipa, hyacinthus, alii. Florum ver nuntiantium prima est *viola.* *Rosae* differunt multitudine foliorum, colore, odore. *Lilium* rosae nobilitate proximum est, eiusque candor et odor eximius. Sunt etiam rubra lilia et lutea. Multi flores gratum spirant odorem; alii visu tantum iucundi sunt, ut tulipa, decus florum, quae solo adspectu delectat.

§ 165. Degli animali.

Omnia *animalia,* quae terram incolunt, ex corpore et anima constant, et in *sex classes* dividuntur.

Prima est *quadrupedum,* quae quattuor pedibus incedunt, pelle ac pilis teguntur, vivosque fetus pariunt. Hae omnes in ore dentes habent.

Altera est *avium,* quae binis tantum pedibus incedunt, binis alis ad volandum, et corpore plumato instructae sunt. Rostra habent cornea sine dentibus.

Tertia est *amphibiorum,* quae et in aqua et in terra vivere possunt. Alia habent pedes, alia non habent.

Quarta est *piscium,* qui squamis teguntur et pinnis instructi sunt, quarum ope in aqua natant; sed pedibus omnino carent.

Quinta et numerosissima *insectorum* est, quae senos vel plures pedes habent, et quorum alia alis ad volandum instructa sunt, alia iis carent.

Sexta est *vermium,* quorum corpus molle est, nec pedibus instructum. Omnes repunt.

Praeter quadrupedes omnes fere animantes ceterae ova pariunt, ex quibus fetus prodeunt.

§ 166. Degli animali quadrupedi.

Quadrupedes vivos pullos pariunt, quos lacte suo nutriunt, donec solidiores cibos recipere possunt. Paucae illae, quae ova pariunt, amphibiis annumerantur, ut crocodili, ranae. Rapaces belluae pauciores habent pullos.

Corio et pilis vestitae sunt plurimae. Aliae setas habent, aliae aculeos, aliae tegmen osseum.

Dentes habent, pro varietate ciborum, quibus aluntur, diversos; itaque carnivŏrae acutos habent dentes.

Variis armis instructae sunt, quibus se suosque tueri possint. Tauri cornibus feriunt, equi calcibus pedum posteriorum. Elephantus proboscide pugnat; leo praedam unguibus ac dentibus dilaniat; canis dentibus mordet.

Aliae sunt cicures, aliae ferae. Sed nulla est quadrŭpes, quae non aliquam hominibus utilitatem praebeat. Aliae pelle, aliae pilis, aliae carne, aliae viribus suis prosunt generi humano.

§ 167. Divisione degli animali quadrupedi.

Quadrupedes pro ratione *pedum* in certas formas dividi solent. Habent enim vel *ungulas* vel *digitos.*

Quae *ungulas* habent, in quinque classes dividuntur. Aliae habent ungulas *indivisas*, ut equus, asinus; aliae habent *divisas,* ut bos, ovis, camelus; *ternas* habet rhinocĕros; *quadrifĭdas* hippopotămus; *quincuplices* elephantus.

Quae *digitos* in pedibus habent, possunt eodem modo in quinque classes dividi. Aliae enim *binos* habent digitos, sed paucissimae; aliae *ternos*, ut tardigrădus; aliae *quaternos,* ut sciurus; aliae *quinos*, ut canis, felis, ursus, leo aliaeque plurimae; aliae pedes *membranis ad natandum* instructos habent, ut castor.

Quadrupedum ungulatarum genera pauciora sunt, quam earum, quae digitos habent.

§ 168. L'elefante.

Elephantus (elephas), terrestrium animalium maximus ac prudentissimus, in Asia atque Africa reperitur, et facile mansuescit. Adultus ad quindecim pedes altus est. Crasso in capite oculos habet minutos, aures magnas, et in utraque oris parte quattuor dentes, quibus cibos mandit. Praeterea ex ore eius duo alii dentes horrendae magnitudinis, eboris nomine noti, prominent, quorum unus interdum pondus habet librarum centum et quinquaginta. Hos inter dentes *proboscis* extat longissima maximeque flexilis, qua spirat, olfăcit, aquam haurit, pabulum arripit orique inserit; qua, ut manu, ad multa utitur ministeria; qua denique pugnat et hostem prosternit, quem deinde pedibus conterit. Natans

proboscidem in altum tollit, dormiens humo infigit. Ita in aquis commode spiritum ducere, et per somnun cavere potest, ne mus aut aliud animal in proboscidem irrĕpat. Vescitur arborum foliis, graminibus et herbis. Gravissima onera portat, et olim in bello turriculae militibus repletae ei imponebantur.

§ 169. Il cammello.

1. Camelus, altitudine corporis proceritateque colli et tubere in dorso insignis, utilissimum orientis gentibus animal est. Iumentorum enim ministeriis cameli funguntur et gravissima onera portant. Duo eorum genera sunt, alterum uno, alterum duobus tuberibus in dorso instructum; atque hoc genus rarius et velocius est. Habent praeterea et in pectore et in pedibus tubera minora, quibus incumbant. Defatigatus enim camelus vires recipit, in pectus se inclinans. Celeriter progreditur brevique tempore longum iter absolvit. Huic mansuetudo quaedam a natura ipsa insita videtur; quamquam interdum rabiem sumit et in ipsum rectorem saevit. Musica et cantu tibiisque delectari dicitur; quare Arabes (hi enim imprimis eo utuntur) aures eius, dum peregre proficiscuntur, cantu mulcent.

2. Recte camelus appellatus est navis deserti; summa enim eius utilitas est in longis itineribus per arenosa Asiae Africaeque deserta. Quum signum datur, in genua procumbit, ut onus suum excipiat; onustus surgit. Tum non solum, sicut asinus, vili pascitur pabulo, foliis, carduis virgultisque spinosis, quorum ubique magna copia est; sed etiam sitim ad novem usque dies tolerat. Quum autem bibendi copia fit, aquam, antequam bibit, turbidam facit, et in longum tempus impletur, ingentem eius copiam consumens. Magnam aquae partem in cellis quibusdam ventriculi servat; quare Arabes, iter facientes, interdum camelum mactant, ut illâ aquâ sitim restinguant. Adversus equos cameli naturale odium gerere dicuntur. Verno tempore depiles fieri solent; pili, qui exciderunt, ad texendum adhibentur. Qui tamen vulgo dicuntur pili camelini, non sunt cameli, sed caprae Ancyranae.

§ 170. **Il leone.**

Leo, qui rex quadrupedum appellatur, in Asia et Africa reperitur. Circum caput et pectus longam habet iubam, qua *leaena* caret. Ceterae corporis partes pilis brevissimis fulvi coloris teguntur, ut paene nudae esse videantur. Lingua eius, limae similis, lambendo cutem hominis atterit. Cauda longa est, crassa, et tam robusta, ut hominem eâ prosternere possit. Iratus eam agitat ferociter. Incessus eius est superbus, vox horribilis, impetus violentus ac furens. Feras, quas persequitur, saltu prehendit, tumque robustis dentibus facile ossa confringit, eăque una cum carne devorat. Nullum periculum timet, nec limis unquam oculis quemquam intuetur. Hominem non invâdit nisi fame coactus. Ignem fugit, non vero, ut olim creditum est, gallorum cantum.

§ 171. **La tigre.**

Tigris, bellua omnium crudelissima, non nascitur nisi in calidissimis Asiae regionibus. Formâ feli similis est, magnitudine asinum fere aequat. Pellem habet pulcherrime virgatam, quae magni aestimatur. Velocitas eius paene est incredibilis. Omnium animalium sanguinem sitit, ideoque sine discrimine et homines et bestias adoritur. Rarissime mansuescit. Maribus non est cura catulorum, feminis vero maxima; quare saevissimae sunt, si fetus iis ereptus est.

§ 172. **Il rinoceronte; l'ippopotamo.**

Rhinocĕros, elephanto minor, in Asia et Africa australi reperitur. Crassissimâ durissimâque cute munitur, quae multas plicas facit. Os habet simile rostro suillo, et in naso cornu praevalidum, saepe tres pedes longum, quo adeo arbores e terra potest evellere. Homines non adoritur nisi lacessitus. Hostis est elephanti, neque tamen pugnae cum eo ineundae cupidus. In dimicatione cum eo alvum eius maxime petit, quia haec mollior est. Raro tamen vincit elephantum. Herbis vescitur; sed idem panem, quo quinque homines satiari possent, ut unum bolum devorat.

Hippopotamus, magnitudine rhinocerontem fere aequans, in Africa australi habitat. Caput habet ingens, rictum vastum, coriumque crassum et impenetrabile. Frugibus vescitur et piscibus.

§ 173. La scimmia; lo scoiattolo.

Simia potissimum in Asia et Africa reperitur. Multa sunt simiarum genera. Aliae caudas habent, aliae iis carent, et hae quidem hominis figurae sunt simillimae. Erectae ambulant, anterioribusque pedibus, ut homines manibus, ad varia ministeria utuntur, iisque lapides aliasque res in hostes iaciunt. Vescuntur sedentes, escam manibus capiunt orique inserunt. Omnia fere, quae homines agere viderunt, imitantur. Catulos valde diligunt eosque saepe ostentant; quin amplectendo eos interdum necare dicuntur. Hinc fit, ut stultum illum amorem, qui liberis perniciosus est, simiarum amorem appellare soleant.

Sciurus, nitidum animal, alacre ac festivum, colore rutilo, villosiorem habet caudam. Sedens vescitur, et prioribus pedibus cibum, nuces et poma, ori admovet. Habitat in ramis arborum silvestrium, raro in planitiem descendit. Nigri sciuri rari sunt, sed multo rariores nivei.

§ 174. Il castoro; il riccio.

Castor pedes anserinos habet ad natandum, caudam squameam et pellem pretiosissimam, cuius e pilis panni et pilei conficiuntur. Inter bestias castores architecti sunt artificiosissimi. Domicilia enim trium contignationum prope flumina sibi construunt tam mirabili arte, ut hominum opus esse videantur. In his aedibus auctumnum et hiemem consumunt, et partim piscibus, partim collectis foliis et corticibus arborum vivunt. Ineunte vere discedunt atque in silvis degunt. Plurimi castores in America septentrionali inveniuntur.

Herinaceus aculeos pro pilis habet. Ubi venantem sentit, corpus contrahit in pilae formam, ne quid comprehendi possit, praeter aculeos. Venatur mures. Per aestatem et auctumnum cibos sibi comparat, quibus hieme fruatur. Aculeis poma, super ea se volutans, affigit, ac domum refert.

§ 175. Degli uccelli.

1. *Aves* a quadrupedibus *pedum* numero, *alis, rostro, plumis, voce, generatione* differunt.

Omnes aves *bipedes* sunt; sed pedes earum aut duos, aut tres, aut quattuor digitos habent, vel disiunctos, vel cute quadam coniunctos. Pedibus etiam vario modo utuntur; aliae enim ambulant, ut cornices; saliunt aliae, ut passeres; currunt ut perdices; ante se pedes iaciunt, ut ciconiae.

Binae omnibus avibus *alae* sunt, quibus omnes volant, praeter struthiocamelum et casuarium.

Omnes habent *rostra* cornea, aliae breviora, aliae longiora; aliae adunca, aliae recta. His rostris cibum capiunt, aut granis vescentes, aut carne. In iis bina foramina habent ad olfactum, sine nasis.

2. Aves *plumis* teguntur, quae coloribus eximie differunt. Nonnullis sunt niveae plumae, ut oloribus; atrae, ut corvis; versicolores, ut columbis; auro fulgentes, ut pavonibus. Aliae caeruleas, aliae rubras, aliae flavas, aliae virides, aliae mixtas habent e variis coloribus pennas.

Avium *voces* a ceterorum animalium vocibus facile distinguuntur. Multae earum cantu aures mulcent; sed mares tantum suaviter canunt, feminarum soni breves ac rauci sunt.

Avium nulla vivos pullos parit, sed feminae *ova* ponunt, quibus incubantes pullos excludunt. In nidis earum mira est varietas.

Plurimae aves ingluviem habent, gutturi adhaerentem, in quam cibos demittunt, antequam ii in ventriculum descendunt.

§ 176. Uccelli natanti; uccelli di palude.

Aves natantes seu *palmipedes* inter digitos membranam habent, qua natatus earum adiuvatur. Eaedem rostra habent obtusa ac paulo latiora, quibus multum aquae uno haustu sorbere, quidquid in ea est nutrimenti, separare, et quidquid inutile est, reiicere possunt. Ex hoc genere notissimi sunt *olor, anser, anas.*

Aves palustres rostra habent longiora, longa item colla longosque pedes, breves autem caudas; quae structura corporis avibus hisce, quibus vado saepius eundum et cibus ex undis depromendus sit, aptissima est. Ex his notissimae sunt *grus, ardea, ciconia.*

§ 177. **Uccelli di rapina.**

Aves rapaces seu carnivorae sunt duplicis generis. Aliae enim interdiu, aliae noctu venatum exeunt. His omnibus datum est caput grande, lingua lata, crassa et carnosa, crura robusta, quorum unguibus praedam arripiunt et comprehendunt. Et rostrum et ungues habent aduncos et acutos et ad discerpendum, quod ceperunt, accommodatos. Acerrimo denique visu praeditae sunt, ut e longinquo praedam cernere possint. Avium rapacium feminae pulchriores et parte tertia maiores sunt, quam mares, quum in reliquis avium generibus eae sint minores et minus speciosae. *Diurnarum* nobilissima est *aquila*, quae avium regina appellatur; noti sunt *falco*, *vultur*, *accipiter*, *milvus.*

§ 178. **Uccelli di rapina notturni.**

Aves rapaces nocturnae interdiu caecae sunt. Acerrime cernunt ad lucem crepusculi aut post occasum solis, item ubi noctu luna fulget. Tum venatum exire solent. Si quando interdiu exire coguntur aut forte ab homine alicubi in arbore collocantur, nec volare nec pedem movere audent. Tum ceterae aves advolare, rostris eas percutere et omnibus modis vexare solent. Illae, stupidis similes, omnes contumelias perferunt, aut supinae recumbunt atque unguibus se rostrisque defendunt. Ceterum hae aves auditu praeditae sunt acerrimo, rostro brevi et adunco, unguibus tenacibus; volant, non rectā, sed transverso impetu, et minimo cum sono, adeo ut propter aurem praetervolantes vix audiuntur. Quaedam eius generis aures plumatas eminentes habent, aliae iis carent. Notissimi sunt *bubo* et *ulula.*

§ 179. **Altri uccelli.**

Aves currentes grandius habent corpus alasque breviores,

quam ut volare possint. Pennae igitur ad hoc tantum iis datae videntur, ut cursum earum adiuvent. Ex his notandi sunt *struthiocamelus (struthio)*, omnium avium maximus, et *casuarius*.

Aves canorae rostrum rectum et acutum habent. *Luscinia* cantat suavissime omnium, sedens in umbrosa arbore. Quanta vox tam parvo in corpusculo, quam pertinax spiritus! Vernis mensibus per totam fere noctem dulci suo cantu auditores delectat. Auctumno abeunt lusciniae, vere redeunt. *Alauda* nidulatur in segetibus, et suavissime cantans alte evolat in aëra. *Coturnix* breves habet alas brevemque caudam. Cantat humi sedens. *Psittacus* doceri potest, ut loquatur, hoc est, ut verba saepe audita reddat. Viridis est toto corpore, torque tantum in cervicibus distinctus. Centum annos vivere dicitur. *Sturnus* quoque humanas voces imitatur, ut psittacus. Solent sturni catervatim volare. Maxime insectis vivunt, et ex Europa in Aegyptum migrare dicuntur.

§ 180. **Degli anfibii.**

Amphibia vocantur ea animalia, quae et in terra et in aqua vivunt. Eorum alia quaternos pedes habent, ut crocodili, testudines, lacertae, ranae; alia sunt sine pedibus, ut serpentes. Omnia amphibia ova pariunt, quae aut in aqua, aut in terra solis calore excluduntur. Vescuntur insectis, cochleis, piscium ovis, plantis. Nonnulla amphibia per integrum annum atque adeo duodeviginti menses dicuntur famem tolerare posse; omnino vitae sunt tenacissima. Quaedam amphibiorum genera venenata sunt.

§ 181. **Il cocccodrillo.**

Crocodilus, terribile animal, in maioribus Asiae, Africae et Americae fluminibus, praecipue tamen in Nilo Aegypti invenitur. Formam habet lacertae similem, sed magnitudine excedere solet duodeviginti cubita. Pars corporis superior durissima est et impenetrabilis, at inferior mollis ac tenera. Ingentem habet rictum, ut integrum hominem devorare possit. Dies in terra agit, noctes in aqua. Ova

parit, quanta anseres, eăque arenā obruit. *Ichneŭmon* autem, capitalis eius hostis, magnitudine felis, investīgat ea atque exsorbet.

§ 182. I serpenti.

Serpens nomen est omnium animalium, quae *serpunt*, id est, quae corpus movent et trahunt, se sinuantia. Aliae serpentes in silvis habitant, ut crotălus, qui halitu suo aves aliasque bestiolas enecat tumque devorat; aliae in aquis versantur, ut hydra. Nonnullis, ut viperis, exitiale virus est, quo, quum mordent, alia animalia necant. Aliae serpunt tantum, aliae etiam salire possunt, atque hae saltu in praedam irruunt. Membranam suam quotannis verno tempore exuunt, per angustam rimam repentes. Hieme in cavernas se abscondunt et torpescunt. Ova serpentum saepe filis cohaerent. In Asia et Africa serpentes tantae magnitudinis reperiuntur, ut vel hominem devorare possint.

§ 183. De' pesci.

Piscis tantum in aqua vivit, extra quam cito exspīrat. Habet pinnas ad natandum, branchias ad respirandum, et spinas loco ossium. Plerique pisces squamis teguntur, ut carpio, lucius; alii sunt glabri, ut anguilla. Vesīcam, quam intus habent, modo comprimunt, modo expandunt, prout submergi aut emergere ipsis libuit. Multi pisces sunt rapaces, acutis dentibus armati. Sunt etiam volatiles pisces, qui aliquamdiu volare possunt. Feminae piscium maiores sunt, quam mares.

Mares piscium lac habent, feminae ova, unde pisciculi excluduntur. Una de nonnullis generibus femina quotannis plus centies millia, quin adeo plus millies millia ovorum parĕre dicitur. Quidam pisces vivos pullos pariunt, ut balaena, delphinus. Quaedam piscium genera, ut avium, migrationes annuas instituunt. Sic halĕces e septentrione ad meridiem versus migrant, fortasse, ut voracem rictum persequentium ipsos cetorum effugiant.

§ 184. La balena.

Balaena (cetus), belluarum omnium maxima, sexaginta

vel septuaginta pedum longitudinem habet, cuius tertiam partem caput implet. In corpore eius quinquaginta circiter homines ambulare possunt. Olim, quum minus, quam nunc, balaenis insidiarentur homines, multo maiores, nonnunquam centum pedes longae inveniebantur. Rictus duodecim cubita latitudine excedit, gula autem tam angusta est, ut minores tantum pisces devorare possit. In capite bina habet spiracula, unde aquam, quum ludit, aut sanguinem, quum vulnerata est, summa vi summoque strepitu tamquam e fonte salienti, eiaculatur. Femina non ova parit, ut plurimi piscium, sed animalia viva, quae mammis nutrit.

§ 185. **Il delfino, l'aleca.**

Delphinus omnium animalium velocissimus est. Celeritatem eius nullus effugere posset piscis, nisi, ut narratur, ita factus esset, ut nisi supinus praedam capere non posset. Quo fit, ut pisces moram habeant evadendi. Delectari dicitur musicâ, hominemque amare. Obviam navigiis veniunt delphini, tantaque vi exiliunt, ut interdum vela navium transvolent. Vivos, ut balaenae, pariunt catulos, interdum binos, quos uberibus nutriunt; ideoque et balaena et delphinus a naturae peritis non inter pisces referuntur, sed inter mammalia, quae nunc vocantur.

Halex, piscis notissimus, colorem mutat; hieme candidior, aestate nigrior est. Nullus piscium est fecundior. Praeterea caro eius suavissima est; quare plerique pisces, praesertim ceti, illis insidiantur.

§ 186. **Degli insetti.**

Insecta sunt parva animalia, quae partim in plantis, partim in bestiis, partim in terra aut aqua degunt, et quorum structura, quamquam diversissima est, tamen in omnibus aeque est memorabilis. Plerăque senos, alia octonos, alia centenos ac plures pedes, in capite autem bina cornicula habent. Eorum alia binas gerunt alas, ut muscae; alia quaternas diversae magnitudinis, ut apes; alia durum tegmen super alas habent, ut scarabaei; alia carent alis, ut araneae. Quaedam aculeos in alvo gerunt ut apes;

aliis in ore sunt rostra ad sugendum, ut muscis. Quae ex iis posteriores pedes longiores habent, saliunt, ut locustae. Innumerabilia insectorum genera mirae sunt subtilitatis.

Nullum fere insectorum genus formam eandem perpetuo servat, sed plerăque ter transfigurantur. Ex ovis dum exeunt, vermes sunt vel erūcae; deinde nymphae fiunt, crustā tenui tectae; ex his denique insecta. Ex ovis omnia nascuntur, non ex putredine, ut olim falso creditum est. Multa insecta hominibus molesta sunt, ut pediculi, culices, muscae; alia plantis nocent, ut locustae, erucae, formicae. Multa contra sunt longe utilissima. Alia cibum praebent hominibus, ut cancri, apes; alia vestitum, ut bombices; alia medicinae inserviunt, ut cantharĭdes; alia cibum avibus praestant.

§ 187. Le api.

Apis quattuor habet alas, sex pedes, duo in capite cornicula, et rostrum ad sucum e floribus hauriendum. Habitant apes aut in vetustae arboris cavo, aut in alvearibus; suntque triplici genere. Una ex iis, magnitudine reliquis praestans, cui omnes parent, *regina* dicitur. Haec, sola in alveo femina, ova parit ad quadraginta fere millia, ex quibus vermiculi nascuntur, qui ab apibus rostri ope aliquamdiu aluntur. Hi deinde nymphae fiunt, postremo apes. Regina igitur totius examinis mater est, nec unquam foras procedit, nisi quum examen migraturum est. Quae magnitudine proxime accedunt ad reginam, masculae sunt apes sive *fuci,* qui aculeo carent, et simulac regina satis ovorum peperit, ab operantibus apibus aculeis interfecti ex alveari eiiciuntur.

§ 188. Le api industriose.

Operariae apes, fucis paulo minores, evagantur ex alveari in prata et campos, mel dulcissimi saporis e floribus sugentes, colligentesque ex iis tenuem pulverem, unde ceram conficiunt. Ita melle et cera onustae domum remeant, a qua, licet magnum iter confecerint, nunquam aberrant.

Ex cera sexangulas cellulas struunt, tanto ordine dispositas, ut accuratissime dimensae esse videantur. Harum cellarum plurimas melle implent, in ceteris ova deponit regina. Apes operariae omnes aculeo venenato armatae sunt, quo, quum illatam sibi iniuriam ulcisci volunt, pungunt; sed ea ipsa ultione mortem sibi afferre dicuntur.

§ 189. Nuovi sciami.

Postquam in alveari novum examen cum nova regina procreatum est, recens hic popellus calido die aestivo cum duce regina ad novam sedem migrat. Regina praecedit et avolat, examen totum sequitur inter laetos susurros. Regina se demittit, et omne agmen, in uvae figuram, circa eam considit. Tum apum custos, postquam faciem manusque obvolvit, vacuum alveare secum afferens, id vel examini superimponit, vel examen in illud excutit et deterget. Tum alveare vesperi in apiarium fert. Quodsi forte regina ceteris non interest, ad unam omnes excedunt, quum esse sine regina non possint. Itaque si periit regina, totum agmen luget et moerore conficitur.

§ 190. La farfalla.

Papilio ova parit, unde primum erucae nascuntur, quae aliquoties exuvias deponunt, tum vero se vel filis suis, vel foliis involvunt et folliculi fiunt. Ex his post aliquod tempus papilio erumpit, duobus corniculis longis, quattuor alis et sex pedibus instructus. Permulta papilionum genera alas habent pulcherrimis coloribus superbientes. Sunt ii vel *diurni,* qui non volitant nisi interdiu atque sedentes alas sursum erigunt; vel *vespertini,* qui per crepusculum circumvolant, ac sedentes alas demittunt; vel *nocturni*, qui noctu vagantur, pariterque, sedentes alas demittunt.

§ 191. Il baco da seta.

Bombyx, insectum mirabile utilissimumque, dum eruca est, habet pedes anteriores sex, octo medios et binos posteriores. Ovo exclusus mori foliis vescitur, donec iustam magnitudinem adeptus est et exuvias aliquoties deposuit.

Tum ex lento suco, in eius intestinis parato, filum sericum nunc trecentorum, nunc quadringentorum, nunc quingentorum adeo cubitorum educit, eoque ipse totus involvitur. Ita involucrum quoddam exsistit ovatum, in quo ille quattuordecim dies, quasi mortuus, dormit, et paulatim in nympham transit. Tum vermis esse desinit et alatus papilio e genere nocturnorum evolat. Feminae papilionum deinde ova mori foliis imponunt, unde rursus bombices nascuntur. E filis bombicluis vestes pretiosissimae conficiuntur.

§ 192. **La formica.**

Formica sex pedes habet et aculeum, quo pungit. Formicae apum naturam in hoc imitantur, quod laborem inter se communicant, cibos comportant, semina conferunt et condunt, prius tamen arrodunt, ne rursus germinent, multăque alia faciunt, quae hominibus industriae et concordiae exemplo esse possint. Reginam habent, ut apes, quae intra aliquot menses ad octo millia ovorum parit e quibus vermiculi nascuntur. Hi deinde folliculi fiunt, quos vulgo per errorem formicarum ova appellant. His folliculis magna cum industria prospiciunt formicae, dum eos interdiu ad solem exponunt, et vesperi aut ante pluviam in specus suos reportant. Ex his folliculis partim novae formicae prodeunt, partim muscae, quattuor alis instructae; unde fit, ut formicae in alatis insectis numerentur.

§ 193. **Insetti senza ali.**

Insecta non alata numerosissima sunt.

Cancer, insectorum maximus, crustā tegitur, pedes habet octonos, omnes in obliquum flexos, et bina brachia sive chelas, quarum ope prorsum et retrórsum graditur. Vivus nigro est colore, coctus rubicundo. Cancri crustas suas verno tempore exuunt. Quum cancris pes aut brachium aliquod avulsum est, aliud, cum articulis suis et nervis, eodem in loco iis accrescit. Cancris quum fluviatilibus, tum marinis, vescuntur homines.

Aranea octonos habet pedes. Plurimae aranearum ar-

tificiosissimas atque admiratione dignissimas telas conficiunt, iisque tamquam retibus muscas captant, quibus deinde vescuntur.

Scorpio pedes octonos habet et bina brachia, ac venenum mortiferum in aculeo.

Pedicŭlus, hominibus aliisque animantibus molestus, sex pedes habet. Sed exsulant pediculi ab iis, qui munditiei curam gerunt.

§ 194. Dei vermi.

Vermes molle admodum corpus habent, in quo pro sanguine sucus inest. Quaedam vermium genera nuda sunt, ut lumbrīcus, hirūdo; alia durioribus testis sunt inclusa, quae conchylia dicuntur, quorum alia binis testis teguntur, ut conchae; alia singulis, ut cochleae. Nulla vermium genera ossa habent, et plerăque nec caput, nec oculos, nec pedes. Quaedam in capite cornicula habent mollia, ut cochleae. Nonnulla in terra, sed multo plura in undis versantur. Qui pedes non habent, movent se contrahendo corpus et rursus extendendo. Permulta eorum genera sub oculos non cadunt, quorum quaedam prorsus incognita sunt.

Lumbricus sub terra habitat, prorēpit autem, quum pluit. Oleribus nocet. Hamo suffixus ad pisces capiendos adhibetur; etiam talparum aviumque cibus est.

Hirudo bestiola est, quae carni adhaerens, cutem ante non mittit, quam plena cruoris est, unde sanguisūga dicitur et a medicis ad exsugendum sanguinem in morbis adhibetur.

§ 195. Animali testacei o conchiglie.

Animalia testacea, dum nascuntur, testas statim gerunt, adeo teneras, ut oculum paene subterfugiant, sed augentur eae in dies liquoris auxilio, quem animal testaceum exsūdat.

Quae duplici testa teguntur, ut *concha, ostrea* et aliae plurimae, omnes in aquis vivunt. In concharum testis permagna est varietas. Ostrea in imo aquarum fundo iacet, limo vivens; capta inter delicias multis apponitur.

Quae simplici testa teguntur, *cochleae* sunt, partim in terra, partim in aquis viventes, ac perpetuo domum suam secum portantes. Testae earum diversissimae sunt et figura et colore. Marinae imprimis cochleae mira sunt varietate, et magnam partem pulcherrimae. Terrestribus cochleis cornicula sunt ad praetentandum iter. *Murex* nobilem illum sucum, qui purpureus color dicitur, perutilem ad tingendas vestes, in mediis faucibus habet.

§ 196. La conchiglia della perla.

In quibusdam concharum generibus *margarītae* nascuntur. Sunt igitur, qui in profunda maris descendant, ut conchas, margaritis instructas, ibi investīgent. Hi vocantur urinatores, qui sub brachiis reste circumdantur, ad navem, in qua advehuntur, alligatā. Pedibus eorum lapis viginti vel triginta librarum appenditur, quo citius deprimantur. Cultrum et corbem vel rete secum ferunt. Illo conchas abscīdunt a scopulis, quibus adhaerent, hac recipiunt solutas. Iam ubi vel repleta est corbis, vel urinatori spiritus intercluditur, lapidem alligatum cultro solvit, restimque, qua est circumdătus, agitat, sociis in navi signum daturus, ut ipsum extrahant. Omnis autem margaritarum investigatio decem aut duodecim horis peragitur, quo temporis spatio urinator saepius in mare descendit. Conchae vel cultro aperiuntur, vel putredini traduntur, qua se ipsae recludunt. Tum margaritae eximuntur. Diversae autem sunt et magnitudine et forma, itemque colore et splendore. Atque pro hac diversitate variis nominibus appellantur.

Capitolo 34. Alcune divinità degli antichi.

§ 197. Giove e Giunone.

Veteres Graeci ėt Romani non unum deum, ut nos, sed plures deos deasque colebant. Quorum cognitio quum ad intellegendos veterum scriptorum libros necessaria sit, clarissimos ex diis illis atque deabus recensebimus.

1. Omnium deorum princeps et summus erat *Iuppiter*. Hic Saturni et Rheae filius fuisse et in Creta insula natus et educatus esse dicitur. Quum autem adolevisset, patrem suum Saturnum regno expulit atque illud cum duobus fratribus ita divisit, ut ipse imperium coeli et terrae, Neptunus maris, Pluto inferorum obtineret. Nihilominus etiam Neptunus et Pluto Iovi parebant. Fingebatur Iuppiter plerumque sedens in solio eburneo, sceptrum sinistra manu, dextrā fulmen tenens. Iuxta eum stabat aquila, quae avis ei consecrata erat, et Ganymedes, qui pocula ministrabat. Ex arboribus sacra ei erat quercus.

2. Iovis uxor et soror erat *Iuno*. Haec dea matrimoniorum erat. Fingebatur in solio sedens, habitu regali, sceptro et diademate insignis. Ex avibus pavo ei sacer erat, qui in imaginibus eius conspici solet. Iunonis ministra et nuntia erat *Iris*.

§ 198. Minerva, Vesta, Cerere.

1. *Minerva*, quae etiam *Pallas* appellatur, Iovi dignitate proximă, ex capite Iovis nata esse dicitur. Haec sapientiae et artium praeses habebatur imprimisque colebatur Athenis, ubi litterarum studia maxime vigebant. Eidem tribuunt inventionem artis texendi; etiam belli et armorum dea erat. Fingitur armata, galeam in capite gerens et induta thorace, in quo Medusae caput cernitur, serpentibus circumvolutum, cuius aspectus homines in lapides commutabat. Ex avibus noctua ei sacra est, ex arboribus olea.

2. *Vesta*, Saturni filia, ignem domesticum significat. Perpetua virgo erat. Cultus eius antiquissimus fuit. Romae primum ei templum a Numa rege exstructum est. In hoc templo nulla statua erat; sed ignis perpetuus a virginibus Vestalibus, quae huius deae sacerdotes erant, servabatur.

3. *Ceres*, Saturni et Rheae filia, frugum dea erat. Haec enim prima agriculturam et usum frumenti homines docuit, quum antea glandibus vescerentur. Sacra eius arcana erant et religioso silentio celebrabantur. Fingebatur coronam in capite gestans, spicis ornatam, dextra manu falcem tenens, sinistrâ corbem cum aristis et papavere.

§ 199. Marte e Mercurio.

1. *Mars,* belli deus praecipuo honore a Romanis colebatur, atque adeo Romulus et Remus, conditores urbis, eius filii putabantur. Ex animalibus ei sacri erant lupus et equus. Fingebatur truci vultu, currui plerumque insistens, hastā armatus. In eius honorem tertius anni mensis Martius dictus est. Aurigae munere in eius curru plerumque fungebatur *Bellona,* Martis soror. Etiam *Victoria* dea colebatur, eratque alata virgo, coronam vel palmam manu tenens.

2. *Mercurius,* Iovis et Maiae filius, Atlantis nepos, nuntius deorum erat, imprimis Iovis. Praeerat sermoni et eloquentiae; animos mortuorum ad inferos deducebat; mercatorum quoque et lucri, atque adeo furum deus habebatur. Praeterea musices et lyrae inventor erat. Fingebatur iuvenis formosus, talaribus alatis insignis, caduceum sive virgam manu tenens, cui duae serpentes circumvolutae erant. Idem adiutor hominum et auctor pacis putabatur, cuius signum olim fuit ille caduceus.

§ 200. Apollo e Diana.

1. *Apollo*, qui etiam Phoebus dicitur, Iovis et Latonae filius fuit et cum sorore Diana in insula Delo natus est. Hic musices potissimum atque poësis deus est, quamobrem etiam dux Musarum dicitur, quae deae artibus et litteris praesunt. Musae autem sunt novem: Clio, Euterpe, Thalīa, Melpomĕne, Terpsichŏre, Erăto, Polyhymnia, Urania, Calliŏpe. Praeterea Apollo medicinam invenerat; eiusque filius Aesculapius primus medicus fuisse dicitur. Excellebat idem arte sagittandi; praeerat divinationi, quapropter plurima oracula Apollini sacra erant, quorum celeberrimum est oraculum Delphicum. Saepissime poetae etiam solis currum ei tribuunt Apollinemque et Solem eundem esse deum dicunt. Fingebatur Apollo imberbis iuvenis, longā comā decōrus, dextrā arcum et sagittas tenens, sinistra lyram. Plerumque lauro coronatus est, quae arbor ei sacra erat; unde etiam poetae lauro coronantur. Inter aves ei sacer erat cycnus

2. *Diana,* Apollinis soror, Iovis et Latonae filia, semper virgo fuit. Eădem etiam *Luna* fuisse fertur, quare cum lunula in fronte pingitur. Praeerat venationibus, silvis, montibus, quare canes ei consecrati erant. Fingebatur comā solutā, arcum et sagittas manu tenens, cervos aliasve feras persequens cum canibus.

§ 201. Venere e Vulcano.

1. *Venus,* amoris et pulchritudinis dea, ex spuma maris orta esse dicitur. Curru vehitur, a cycnis vel a columbis tracto. Ex arboribus myrtus ei sacra erat. Comitatur eam filius, *Cupido* sive *Amor,* puer alatus et arcu atque sagittis instructus. Praeterea comites habet tres *Gratias,* venustatis deas, quarum nomina sunt *Aglaia, Euphrosyne, Thalīa.*

2. Veneris, pulcherrimae omnium dearum, coniux erat *Vulcanus,* turpissimus omnium deorum, Iovis et Iunonis filius. Hic propter deformitatem a Iove olim ex coelo deiectus et in insulam Lemnum delapsus est; ex quo casu claudus fuit. Erat autem deus ignis et fabrorum ferrariorum. Officinam habebat in monte Aetna. Ministri eius erant *Cyclōpes,* gigantes unum oculum in media fronte habentes.

§ 202. Nettuno e Plutone.

1. *Neptunus*, Iovis frater, maris imperium habebat. Huic equus erat consecratus. Agnoscitur imprimis tridente, quem manu tenet. Comitatur eum *Triton* filius, tubicen, concham pro tuba gerens. Praeterea in mari multi dii minores multaeque deae erant, in quibus clarissimae sunt quinquaginta *Nereïdes,* Nerei senis filiae, quarum una, *Thetis,* mater Achillis fuit.

2. *Pluto*, Iovis frater, inferorum deus pingitur in solio sedens loco tenebricoso, torvo vultu, sceptro et corona ex ebĕno insignis. Plutonis uxor erat *Proserpina,* Iovis et Cereris filia. Hanc Pluto ex Sicilia rapuerat. Cereris tamen precibus effectum est, ut sex tantum menses apud coniugem in Orco, Plutonis regno, degeret, sex reliquos menses apud matrem esset.

Orci duae sunt partes, *Tartărus* et campi *Elysii*, quorum alter est sedes malorum et improborum, qui post mortem variis poenis cruciantur; alteri autem pios homines excipiunt et laetam iis sedem praebent. Iudices animarum tres sunt, *Minos, Rhadamanthus, Aeăcus.* Ad inferos umbras deducit Mercurius, deductas excipit nauta *Charon* et trans Stygem et Acherontem, Orci flumina, transvehit. Qui in terra humati non sunt, diu ad ripam Stygis circumerrant; quapropter veteres magnam sepulturae curam habebant. Ex flumine *Lethe* animae oblivionem superioris vitae bibunt. Introitum Orci custōdit canis *Cerberus*, horribile monstrum, triceps et serpentibus circumvolutum. In Orco versantur etiam *Furiae*, quae malos homines excruciant. Vocantur Alecto, Tisiphŏne, Megaera. Crinibus serpentes involutas habent et manu facem ardentem gestant. Omnium autem hominum fata a *Parcis* reguntur. Etiam Parcae tres sunt, Clotho, Lachĕsis, Atrŏpos; Clotho vitae filum ducit, Lachesis suam cuique partem attribuit, Atropos filum dissecat.

§ 203. **Giano e Bacco.**

1. *Ianus*, anni deus, initiis, et vicissitudinibus omnibus, praecipue anni et mensium et dierum, itemque foribus praeerat, quae ab eo ianuae dictae sunt. Mensis quoque Ianuarius, qui annum aperit, a Iano nomen habet. Hic antiquus Italiae rex fuisse et primus homines ritus sacrorum docuisse dicitur. Statua eius erat bifrons, ut et praeterita post se et futura ante se spectare videretur. Clavem et virgam manu tenet. Templum eius antiquissimum Romae sub Capitolio fuit, quod belli tempore patebat; quum autem pax facta erat, claudebatur; quod inde a Numa, templi conditore, usque ad Augustum Imperatorem ter tantum accidit.

2. *Bacchus* erat vini deus, Iovis et Semĕles filius. Fingebatur adolescens comatus, formosus, nudus, saepe etiam cornutus, hederā coronatus, manu gestans thyrsum sive hastam pampinis circumvolutam. Currus eius a tigribus vel a leonibus trahitur. Comites Bacchi erant Nymphae

et Satyri capripĕdes et Silēnus, qui olim eius praeceptor fuerat; tum mulieres ebriae et furentes, quae Bacchae et Maenădes dicuntur. Immolabatur ei hircus, qui vitibus nocere solet.

§ 204. Saturno e Rea.

1. *Saturnus,* temporis deus, fuit Coeli et Telluris filius. Liberos, quos ei pariebat Rhea, omnes devoravit. Sed pro Iove ei datus est lapis. Postea a Iove, qui clam in Creta insula educatus fuerat, regno expulsus est et ad Ianum in Italiam confugit ibique latuit. A Iano in societatem regni acceptus homines agrestes ad mores humaniores perduxit; qua de causa sub eius imperio aurea aetas fuisse dicitur. Fingitur Saturnus senex, falcem manu tenens, aliquando etiam anguem, caudam sibi mordentem, aliquando denique infantem devorans. In eius honorem Romae *Saturnalia* celebrabantur maxima cum laetitia, mense Decembri, per septem dies. Tum Romani inter se munera mittebant; servis licebat cum dominis ludere et iocari, iisque ad mensam accumbentibus ministrabant domini, ita ut aurea illa aetas rediisse videretur, qua omnes homines pares fuerant.

2. Uxor Saturni erat *Rhea,* quae etiam mater deorum et *Cybĕle* vocatur. Colebatur praecipue in montibus Phrygiae. Fingebatur coronam turrītam gestans, clavem tenens curruique insīdens, qui a leonibus trahebatur. Ex arboribus ei sacra erat pinus.

§ 205. Divinità minori.

Praeter hos antiqui multos alios deos colebant, quorum dignitas minor erat. Talis est *Pan,* pastorum deus; *Silvānus,* silvarum et ruris praeses; *Pomona,* pomorum dea; *Termĭnus,* qui agrorum fines tuebatur et lapidis quadrati specie colebatur. Multi praeterea herōes propter merita et virtutes inter deos relati sunt: *Hercules,* fortissimus antiquitatis heros, qui multis monstris homines liberavit; *Castor* et *Pollux,* gemini fratres, qui navigantibus auxilium ferre putabantur; *Aesculapius,* Apollinis filius, qui primus

medicinam docuit; *Quirinus,* quo nomine Romulus, urbis conditor, ut deus colebatur. Etiam virtutes et affectiones animi pro diis vel deabus colebantur. *Virtus* et *Honos* apud Romanos duas aedes habebant, extra urbem sitas ita, ut per aedem Virtutis solus ad aedem Honoris esset aditus. Non minus templa habebant Pietas, Fides, Spes, Pudicitia, Concordia, Pax, Felicitas, Libertas. Ipsa etiam urbs Roma dea habita est. Huc refer etiam *Fortunam,* quae fingitur in sphaera vel in rota stans, alata et navis gubernaculum tenens. Denique etiam res quaedam maxime noxiae divino honore cultae sunt, ut *Febris* Romae tria templa habuit.

Capitolo 35. Favole e narrazioni.

§ 206. 1. Lo sparviero e le colombe.

Columbae milvi metu accipitrem rogaverunt, ut se (eas) defenderet. Ille annuit et in columbare receptus est. Sed uno die ipse maiorem stragem edidit, quam milvus longo tempore facere potuisset. — Malorum patrocinium semper vitandum est.

2. La grue e il pavone.

Pavo coram grue caudam suam explicans *Quanta,* inquit, *formositas mea est et tua deformitas!* At grus evolans *Quanta,* inquit, *levitas mea est et tua tarditas!* — Monet haec fabula, ne alios contemnamus, quibus natura alia et fortasse maiora bona dedit, quam nobis.

3. Il viandante e la serpe.

Viator quidam colubram invenit, gelu rigentem. Misericordiā commotus eam sustulit sinuque fovit. At illa, ut refecta est, statim hominem momordit et veneno suo necavit. Quam quum alia colubra causam huius facinoris rogaret, respondit: Ne quis improbis prodesse velit.

4. La volpe e l'uva.

